SYNOPSIS PLANTARUM,

SEU

ENCHIRIDIUM BOTANICUM.

SYNOPSIS PLANTARUM,

SEU

ENCHIRIDIUM BOTANICUM,

COMPLECTENS

ENUMERATIONEM SYSTEMATICAM SPECIERUM HUCUSQUE COGNITARUM.

CURANTE

DR. C. H. PERSOON,

DIVERSARUM SOCIETATUM MEMBRO.


In parvo copia. . .



PARS PRIMA.

PARISIIS LUTETIORUM,
Apud CAROL. FRID. CRAMERUM.
ET TUBINGÆ,
Apud J. G. COTTAM.

1805.







PRAEFATIO.

Quum duo abhinc et quod excurrit annos, suasu cl. *Crameri*, amici conjunctissimi itidemque Botanices amantissimi, hocce qualecumque opusculum exarandum suscіperem, rei herbariæ studiosis non melius posse consuli arbitrati sumus, quam si quæ hucusque in variis aut nimis voluminosis operibus descriptæ extant plantæ, in ἐγχειρίδιον colligerentur, quod excursionibus et visitandis hortis botanicis inservire possit; et luculentissima plantarum messis, Botanicorum solertia in dies crescens, angusto quasi horreo comprehenderetur. Quam ob rem non solum eligenda erat typographo minutissima, eoque elegantissima, libelli et characterum typographicorum forma, verum etiam auctori elaborandum, ut, omissis supervacaneis synonymis, amplisque vegetabilium descriptionibus, quibus in ingentem molem evadere solent spissa illa volumina, essentiales solum, quos vocant, exhiberentur characteres tum generici, tum specifici, atque pauca tantummodo laudarentur opera, in quibus icones inveniantur, aut majores præsto sint plantarum adumbrationes.

*

Quum vero haud raro solis ex phrasibus, ob earum brevitatem, non rite dignosci queant plantæ; non ex re fore putavi, si characteribus specificis aliquando subjicerentur observationes breviusculæ, aut, qui novissimis præsertim temporibus innotuere, stirpium virtutes tam medicæ quam physicæ, nec non usus œconomicus commemoraretur. Quod vero nec ubique, nec amplis verbis factum; quippe vetabat instituti nostri ratio.

Quantum vero fieri potuit, et per temporis huic operi perficiendo præscripti angustias licuit, definitum mihi fuit et propositum, in eo imprimis studere, ut, si non omnes, pleræque tamen cognitæ species, brevissimo coercerentur spatio. Quocirca non pauca consultanda erant opera, ex quibus summi Linnæi *Species Plantarum*, ex curatione celeber. Willdenowii (cui plures observationes inde depromtas me debere, grata agnosco mente,) eo lubentius secutus sum, illudque opus, utpote locuples præ ceteris, allegavi, quo majorem ibi quisque synonymorum et descriptionum copiam pervolvere potest. Sed recentiora etiam bene multa scripta, quæ, si, vel novarum specierum, vel observationum quas continent

gazam, aut iconum elegantiam et fidem spectes, ditissima sunt, in usum meum converti.

Quanto stirpium, tum plane novarum, tum ex laudatis operibus haustarum numero, Synopsin nostram augere et ornare contigerit, quisque facile intelliget, qui ejus comparationem ad alia vel maximi voluminis opera instituere velit. Monendum tamen est, nonnulla recentiora Botanicorum scripta, quæ sub libelli confectionem in lucem prodiere, nimis sero, quod doleo, aut nondum in manus mihi pervenisse: quæcunque igitur vel novæ ibi extant species, aut quæ ex industria nonnunquam hic sunt omissæ, accuratius adhuc requirentes examen, eas *Mantissa* exhibebit, ad finem operis proditura.

In ingenti e contrario vegetabilium numero, quo scientia botanica nunc superbit, nullus judex æquus gravi mihi, opinor, vertet vitio, si forsitan aliquæ species sub diverso aut eodem genere bis enumerentur, quarum nonnullæ inter *Emendanda* jam sunt adnotatæ. Etenim non unius hominis est, omnes examinare aut ex autopsia cognoscere plantas; sed plurimas fide auctorum adoptare necesse est, quarum descriptiones aut diffe-

rentiæ aliquando nimis breves sunt, aut, forte pro speciminum conditione ad quæ sunt compositæ, inter se differunt. A Botanicorum humanitate hinc in scientiæ emolumentum petimus, ut tales nobis indicent operis defectus et hallucinationes, communicatis simul, si fieri possit, plantis, ut novis ab iis descriptis.

A systemate sexuali, omnium arteficialium ceteroquin optimo, in eo recedere coactus fui, ut classem *Polyadelphiam* et *Polygamiam*, cum Botanicorum ut credo consensu, supprimerem, quo plura genera vinculo naturali inter se connexa invicem magis approximarentur: ex. gr. ut unum exemplar omnium adducam, genera *Metrodiseros* e classe Polyandria, et *Melaleuca* ad Polyadelphiam relata, quæ tantummodo inter se filamentis simplicibus aut ramosis differunt. Classis *Polygamia* partium abortu nec ratione solida innixa, plura talia offert specimina.

Characteres genericos et specificos, ubi hoc necessarium videbatur, ex meis aliorumque observationibus emendavi et auxi. Nomina, sic dicta trivialia, rarissime mutavi, nisi hoc aut error postularet, ubi nempe planta

quædam a patria plane diversa est denominata, (ex. gr. Cruzita *hispanica* L., quæ in America crescit; Bergia *capensis*, planta indica; Rumex *Britannicus* (nomen videtur pharmacopæum) in Anglia nondum detectus, sed Americæ indigena; *Erica caffra*, ex Europa australi,) aut si nomen nimis sesquipedale et minus sonorum videretur. E contrario in parenthesi nomen quasi secundarium passim addidi, quo idea plantæ forte distinctior concipi possit.

Ex stirpibus jam cognitis necessarium aliquando esse ratus sum peculiaria constituere genera, præsertim si natura fructuum aliarumque florum partium hoc requireret. Melius autem judicavi, eas species (nonnullis forte tamen excipiendis) ab aliis leviter in charactere generico aberrantes, imprimis si genus minus amplum sit, sub divisione peculiari aut subgenere, quo etiam nonnulla Botanicorum recentiorum genera relata sunt, comprehendere, ne ultra necessitatem genera multiplicentur; ad quod ceteroquin ætas nostra nimis proclivis videtur. Quo etiam spectat nimia facilitas aut abusus, quod plantae saepe induantur nomine hominum obscu-

rorum, aut aliis in artibus vel litteris, in re vero botanica non aut vix versatorum; unde nuncupationis ratio nec amplius incitamentum, nec merces laboris æstumari poterit.

Ad finem cujusve classis species illae anomalae enumeratae sunt, quæ si solummodo partium frutificantium numeri rationem habeas, ibi quærendæ sunt. Hae a Linnæo aliisque auctoribus, in clavi ita dicta generum, etiam inveniuntur adnotatæ.

Varietates præcipuæ et subspecies non omissæ sunt. Speciebus obscuris, aut quoad sedem dubiis, vel accuratiori indagationi subjiciendis; signa crucis seu asteriscum apposui.

Virorum meritissimorum conatus ac studium semper in eo collocatum fuit, ut methodus inveniatur, qua plantarum genera serie naturali in diversas disponantur tribus, quas facilius ob eorum multitudinem mente complecti et illorum diversitatem observare possimus. In systemate contra mere artificiali, a particulari plantarum parte, nec toto habitu simul considerato, composito, non raro genera immo et species in variis classibus, nec non ordi-

nibus, relationi, quæ inter ea obtinet, plane contrario, existunt dispersa.

Attamen negari non potest, in ipso systemate Linnæano, characteribus pluribus minusque variabilibus innitente, non solum plura genera, habitu naturali convenientia, juxta se invicem collocata, sed et integras classes, pauca genera intermixta si excipias, naturales esse, ex gr. *Didynamia*, *Tetradynamia*, *Monadelphia*, *Diadelphia*, *Syngenesia*, *Gynandriæ prior ordo* et *Cryptogamia*. Ubi nunc in prioribus classibus talium generum cohors occurrit, nomen familiæ s. ordinis naturalis plantarum cum suis characteribus succinctis in eorum gratiam anteposui, quibus methodus naturalis minus familiaris est. Hoc vero in *Hexandria* haud necessarium autumavi, cum plurima genera satis inter se congruant, et de eorum distributione aut potius limitibus auctores methodi naturalis adhuc dissentiant.

Ad hunc finem ill. A. L. DE JUSSIEU *Genera Plantarum*, opus vicissitudines in scientia sæpe obvias non facile subiturum, ut optimum secutus sum. Meum etiam est, celeberrimo ac humanissimo hujus libri auctori de

ejus in me beneficientia gratias reddere sincerrimas, quod herbarium suum, ut inter omnes constat, ditissimum, non raro perscrutari mihi permiserit.

Grata quoque mente laudanda est eorum virorum in me benevolentia, qui mecum aut observationes communicarunt aut novas plantas describendas concesserunt, vel rarioribus collectionem meam augere voluerunt; hi nomina sua singulis symbolis, mihi ab illis concessis, adscripta inventuri sunt.

C. H. PERSOON.

Dabam Parisiis, die 12 Martii, 1805.

SYNOPSIS
SPECIERUM PLANTARUM.

CLASSIS PRIMA.
MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Scitamineæ (*Gen.* 1–16.) *forte melius ad* Gynandriam *referendæ*, *caule sunt herbaceo, petiolis vaginantibus tecto, foliis nervosis: junioribus convolutis, floribus spathaceis, filam. ad styli basin inserto. Stam. duo in* Globba.

1. CANNA. *Cor.* 6-partita, erecta. *Nect.* bipartitum, revolutum. *Styl.* lanceolatus, corollae adnatus. *Cal.* 3-phyl. *Caps.* muricata.

1. *paniculata*, fol. ovatis, subtus lanatis argenteis; petalis interioribus brevioribus. Ruiz et Pavon. Flora Peruv. et Chilensis. vol. 1. p. 1. t. 1. f. 1. Hab. in Peruvia. Caps. obovata, echinata. ♃

2. *Iridiflora*, fol. ovatis acuminatis, laciniis tribus corollae interioribus majoribus. Flor. peruv. l. c. Hab. in Peruvia. Cor. laciniae 3 exteriores purpurasc. Caps. oblonga, maxima. Fol. subtus lanata. ♃

3. *indica*, foliis ovatis utrinque acuminatis costatis. C. fol. ovatis utrinque acuminatis nervosis. Willd. spec. plant. Lin. 1. p. 3. Knorr. del. hort. 2 t. C. 2. Rumph. amb. 5 p. 177. t. 71. t. 2. laciniis corol. subaequalibus. Fl. Peruv. ♃

*. *lutea*, petalis interioribus erectis luteis, nectarii lacinia revoluta lineolis rubicundis irrorata, foliis ovato-ellipticis. Ait. hort. Kew. 1. p. 1. Hab. inter tropicos Asiae, Africae, Americae. ♃

4. *coccinea*, fol. ovatis nervosis, bracteis ovatis pulverulentis. Mill. dict. Ait. l. c. Omnino species distincta videtur, cum humilior sit et jam primo vere floreat. Fol. breviora et latiora. ♃

5. *angustifolia*, foliis lanceolatis petiolatis costatis. Willd. loc. cit. Pis. bras. 213. Hab. inter tropicos Americae, in umbrosis spongiosis. C. indica humilior et angustior. ♃

6. *glauca*, fol. lanceolatis glaucis subtus enervibus. Willd. Dill. elth. 69. t. 59. f. 69. Hab. in Carolinae aquosis. ♃

7. *juncea*, foliis linearibus nervosis. Retz. obs. fasc. 1. p. 9. n. 1. Hab. in China. Corolla parva obscure rufa. ♃

2. HELLENIA. *Cor.* limbus duplex, exterior subtrifidus. *Nectar.* diphyllum vel bifidum. *Capsula* trilocularis, coriacea, inflata, subglobosa. *Calyx* spathiformis, campanulatus bifidus.

1. *Allughas*, nectariis diphyllis, capsulis subspongiosis, foliis integerrimis. Willd. spec. pl. 1. p. 4. Heretiera Allughas Retz. obs. fasc. 6. p. 17. tab. 1. Rheed. mal. 11. p. 29. t. 14. Hab. in Zeylona. Inflorescentia totius generis pauciculata. ♃

2. *alba*, nectariis diphyllis, capsulis striatis, foliis integerrimis. W. Heritiera alba. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. fasc. 3. p. 64. Hab. in China. ♃

3. *chinensis*, nectariis diphyllis, foliis ciliatis. W. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Colitur in hortis Sinensium. ♃

4. *aquatica*, nectariis monophyllis bifidis, foliis margine denticulatis. W. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Habitat in Indiae uliginosis inter frutices. ♃

3. RENEALMIA. *Cor.* trifida. *Nectar.* oblongum. *Cal.* monophyllus in 2 s. 3 dentes irregulares rumpens. *Anth.* sessilis, nectario opposita. *Bacca* carnosa.

1. *exaltata*. Willd. Sp. pl. 1. p. 6. Hab. in Surinamo. Arbor 20-pedalis. ♃

4. AMOMUM. *Cal.* 3-fidus, inaequalis, cylindricus. *Cor.* 3-partita, inaequalis, patens. *Nect.* 2-labiatum, erectiusculum.

1. *racemosum*, scapo spathis oblongis tecto, racemo composito Fl. peruv. 1. p. 2. t. 1. f. b. Copiose in Peruviae sylvis. Cannum refert. Caps. nigra leviter striata. Sem. acria oleosa. ♃

2. *thyrsoideum*, scapo spathis oblongo-ovatis vestito, spica conico-thyrsoidea. Fl. peruv. l. c. t. 2. Cum priore crescit. Capsula magna ventricosa. Rad. tuberosa fasciculata. ♃

3. *Zingiber*, scapo mediocri, spica ovata, foliis lineari-lanceolatis. Swartz obs. p. 2. Rumph. amb. 5. p. 156. t. 66 f. 1. Willd. S. P. 1. p. 6. ♃

4. *Zerumbet*, scapo nudo, spica oblonga obtusa, squamis subrotundis, foliis ovato-lanceolatis. Hort. cliff. 3. Ehret. pict. t. 14. f. 1. Mill. dict. n. 2. ic. 17. t. 25. Blackw. Herb. t. 402. Hab. in India. ♃

5. *Zedoaria*, scapo nudo, spica laxa truncata. Berg. mat. med. p. 4. Amomum latifolium. Lamarck encyclop. 1. p. 133. Petiv. Gazoph. t. 23. f. 1. Rheed mal. 11. p. 13. t. 7. Hab. in India. ♃

6. *sylvestre*, scapo nudo, spica elongata, bracteis oblongis ventricosis, foliis lato-lanceolatis. Swartz prod. 11. Sloan. jam. 61. hist. 1. p. 165. t. 105. f. 2. Hab. in sylvis Jamaicae. ♃

7. *Mioga*, scapo brevissimo, capsula ovata, foliis ensiformibus acutis. Thunb. Jap. 14. Kaempf. am. exot. 5. p. 826. Hab. juxta Nagasaki in Japonia. Proxime ad Amomum Cardamomum. ♃

8. *angustifolium*, scapo nudo brevissimo, spica capitata, fol. lineari-lanceolatis. W. l. c. p. 8. Sonnerat it. tab. 137. Lamarck encyclop. 1. p. 132. Habitat in paludibus Insulae Madagascariae. Caulis 8-vel 10-pedalis. ♃

9. *Cardamomum*, spica radicali sessili obovata, foliis obovato-ellipticis cuspidatis. A. scapo simplicissimo breuissimo, bracteis alternis laxis. L. Blacw. tab. 584. et 585. Rumph. amb. 5. p. 152. t. 65. f. 1. ♃

10. *villosum*, scapo vaginato brevissimo, spica subrotunda, bracteis lanceolatis flore longioribus. Willd. l. c. A. villosum, scapo brevi reclinato; bracteis linearibus, fructu villoso. Loureiro cochin. A. p. 4. Rumph. amb. 6. p. 137. t. 61. f. 2. Hab. in montosis udis Indiae. ♃

11. *repens*, scapo ramoso decumbente, foliis lanceolatis. Sonnerat it. ed. germ. 2. p. 188. t. 136. Rheed. mal. 11. p. 9. t. 4–5. Hab. in montibus Gate Malabariae. ♃

12. *Granum Paradisi*, scapo ramoso laxo, foliis ovatis. Blackw. t. 385. Rheed. mal. 11. t. 6. Hab. in Madagascar, Guinea, Zeylona. ♃

5. HORNSTEDTIA. *Cal.* bifidus. *Cor.* tubus longus filiformis, limbus duplex: exterior 3-partitus *Nect.* tubulosum. *Capsula* trilocularis oblonga.

1. *Scyphus*, foliis subtus tomentosis. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Willd. S. P. p. 9. Hab. in nemorosis prope Malaccam. ♃

2. *Leonurus*, foliis glabris ciliatis. Retz l. c. Hab. in sylvis Malaccae. ♃

6. HEDYCHIUM. *Cal.* 1-phyllus duplex, 5-partitus. *Styl.* longissimus. *Nect.* 2-phyllum.

1. *coronarium*. Willd. l. c. p. 10. Retz. fasc. 3. p. 73. n. 20. Rumph. amb. 5. p. 175. t. 69. f. 3. Lam. ill. gener. p. 7. n. 16. t. 1. f. 3. In India, Java. ♃

7. COSTUS. *Cal.* 3-fidus gibbus. *Cor.* 3-partita, ringens. *Nectar.* 2-labiatum: labio inferiore maximo 3-lobo. Bacca?

1. *arabicus*, foliis utrinque glabris, spica pauciflora, squamis apice foliaceis, summis fastigiatis. Willd. l. c. Blackw. t. 394. Merian. surin. 36. t. 36. In America calidiore. ♃

2. *spicatus*, foliis utrinque glabris, spica multiflora subovata arcte imbricata: squa-

mis ovatis simplicibus. Swartz prod. 11. Alpinia (*spicata*) floribus spicatis. Murr. S. V. p. 51. Jacq. amer. p. 1. tab. 1. Moris. hist. 3. p. 251. s. 8. t. 14. f. 8. Hab. ad ripas inque montosis insularum Caribaearum et in Brasilia. ♃

3. *speciosus*, foliis subtus sericeo-villosis. Smith. Act. Soc. Lin. Lond. 1. p. 249. Costus arabicus. Jacq. Icon. rar. vol. 1. tab. 1. Amomum hirsutum. Lamarck encyclop. 1. p. 134. tab. 3. Hab. in India orientali. ♃

4. *echinatus*, spica radicali, capsulis echinatis globosis. Amomum echinatum. Willd. spec. pl. L. 1. p. 3. Globba uviformis Rumph. 6. p. 134. t. 61. f. 1. In Indiae sylvis. Planta obscura, forte distincti generis, cujus capsulam Rumphius l. c. ut baccam describit, quare eam hoc ad genus retuli. ♃

5. *scaber*, thyrso conico, bracteis ovatis adpressis, corol. semiclausis. Fl. peruv. 1. p. 2. t. 3. In sylvis Peruvianis. Fol. subtus pubescentia, vaginae post eorum delapsum scabrae. Cor. alba. ♃

6. *laevis*, thyrso conico bracteis lanceolatis apice incurvis, cor. patentibus. Fl. peruv. p. 3. Cor. luteo-carnea. ♃

7. *argenteus*, thyrso oblongo, bracteis reflexis, cor. patentibus. Fl. peruv. p. 3. t. 4. Hab. cum priore in Peruviae nemoribus umbrosis humidis. Fol. pendula subtus argenteo-pubescentia. Cor. lutescens. ♃

8. *Zerumbet*, spica (racemo simplici) recurva laxa. Zerumbet speciosum Wendland sert. hannov. fasc. 4. p. 3. t. 19 Flor. albido-rosei. Carina (Nect. lin.) maxima, margine undulata flava. In China. ♃

8. ALPINIA. *Cal.* 3-dentatus aequalis tubulosus. *Cor.* 3-partita aequalis. *Nect.* 2-labiatum: labio inferiore patente.

1. *racemosa*, racemo terminali spicato, floribus alternis, nectarii labio trifido: foliis oblongis acuminatis Swartz obs. p. 5. Plum. ic. 10. t. 20. Sloan. jam. 61. hist. 1. p. 165. t. 105. f. 1. In sylvis depressis submontanis Americae calidioris. ♃

2. *Galanga*, racemo terminali laxo, floribus alternis, nectarii labio emarginato, foliis lanceolatis. Willd. Sp. p. 12. Rumph. amb. 5. p. 143. t. 63. In India orientali. ♃

3. *comosa*, spica terminali comosa, bracteis flore longioribus coloratis, foliis oblongo-ovatis pubescentibus. W. Jacq. Icon. rar. vol. 3. Ad Caracas in America. ♃

4. *occidentalis*, racemo radicali composito erecto, nectario apice emarginato, capsulis trilocularibus, foliis lanceolato-ovatis glaberrimis. Swartz prod. 11. Hab. in sylvis Jamaicae et Domingo. ♃

9. MYROSMA. *Cor.* 5-partita irregularis. *Cal.* duplex: exterior 3-phyllus, interior 3-partit. *Caps.* 3-gona 3-locul. polysperma.

1. *cannaeformis*. L. Willd. 1. p. 13. Hab. in Surinamo. ♃ (Phrynio affinis.)

10. MARANTA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-fida. *Nect.* 3-partitum, lacinia tertia superiori latere antherifera. *Caps.* 1 locul. 1-sperma.

1. *arundinacea*, culmo ramoso herbaceo, foliis ovato-lanceolatis subtus pilosiusculis. W. Sloan. jam. 22. h. 1. p. 253. 149. f. 2. Hab. in America calidiore. ♃

2. *Tonchat*, culmo ramoso fruticoso, foliis ovatis glabris. W. Rumph. amb. 4. p. 2. t. 7. Hab. in sylvis Indiae, Cochinchinae. ♃

3. *malaccensis*, culmo simplici, foliis oblongis petiolatis subtus sericeo pubescentibus. W. Rumph. amb. 5 p. 177. t. 71. f. 1. Hab. in Malacca. ♃

4. *capitata*, caule simplici apice florifero, capitulo globoso depresso, Flor. peruv. 1. p. 3. t. 8. In Peruviae umbrosis humidis. Caps. 3-valv. 3-lombaris. Cor. lac. interne nectarium proprie repraesentant. l. c. ♃

5. *lateralis*, caule simplici ad medium florifero, capitulo globoso. Flor. peruv. 1. p. 4. Cum priore. An satis distincta?

6. *comosa*, acaulis, scapo nudo spicato comoso, comae foliolis reflexis. W. Hab. in Surinamo. ♃

11. GLOBBA. *Cal.* superus, 3-fidus. *Cor.* aequalis, 3-fida, *Caps.* 3-locularis. *Sem.* plurima. *Stam.* 2.

1. *Marantina*, spica terminali erecta Mant. p. 170. Willd. Spec. Pl. L. 1. p. 153. In India orientali. Spica terminali, fl. remotis. ♃

2. *nutans*, spica terminali pendula, fol. elliptico-lanceolatis Willd. l. c. Rumph. amb. 6. p. 140. t. 62-63. Cum priori.

3. *Japonica*, spica terminali cernua, fol. ensiformibus, Thunb. Flor. Jap. p. 23. In Japonia. ♃

4. *uviformis*, spica laterali. Mart. p. 171. Rumph. amb. 6. p. 138. t. 69. f. 2 In India. ♃

12. CURCUMA. *Cal.* bifidus. *Cor.* 4-partita. *Nect.* 3-lobum. *Anth.* basi bicalcarata.

1. *rotunda*, foliis lanceolato-ovatis: nervis lateralibus rarissimis. Willd. S. P. p. 14. Rheed mal. 11. p. 19. t. 10. Hab. in India. ♃

2. *longa*, foliis lanceolatis: nervis lateralibus numerosissimis. L. Mat. med. p. 35. Blackw. t. 396. Swartz. obs. p. 8. Amomum (*Curcuma*) scapo spathis laxis ex centro foliorum. Murr. S. V. p. 50. Jacq. hist. v. 3. t. 4. Rheed. mal. 2. p. 21. t. 10. In India. ♃

13. KAEMPFERIA. *Cal.* obsoletus. *Cor.* 6-partita: laciniis tribus majoribus patulis, unica bipartita. *Stigma* bilamellatum.

1. *Galanga*, foliis ovatis sessilibus. Hort. cliff. 2. t. 3. Rumph. amb. 5. p. 173. t. 69. f. 2. Kaempf. amoen. 901. t. 902. Lam. ill. p. 7. Hab. in India. ♃

2. *rotunda*, foliis lanceolatis petiolatis. Blackw. t. 5;9. Rheed. mal. 11. p. 17. t. 9. Hab. in India. ♃

14. THALIA. *Cor.* 5-petala: duo interiora minora. *Nectar.* lanceolatum concavum. *Drupa* nuce uniloculari. *Cal.* triphyllus.

1. *geniculata*, corollis pentapetalis: nectario lanceolato. Plum. gen. 26. ic. 108. f. 1. Maregr. Bras. 53. Hab. in America meridionali. Caulis humanam staturam superans, levissimus, simplicissimus. Rachis geniculato-flexuosus. ♃

2. *cannaeformis*, corollis hexapetalis: nectario bifido erecto. forst. prod. n. 3. Hab. in Mallicollo inter novas Hebrides.

15. PHRYNIUM. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, aequalia, tubo nectarii adnata. *Nectarium* 1-phyllum, tubo filiformi, limbo 4-partito. *Caps.* 3-locul. *Nuc*:s 3.

1. *capitatum*. Willd. sp. 1. p. 17. Pontederia (ovata) foliis ovatis, floribus capitatis. Spec. pl. 412. Rheed. mal. 11. p. 67. t. 34. Hab. in Malabariae, Cochinchinae, Chinae locis umbrosis humidis. ♃

16. PHYLIDRUM. *Spatha* 1-flora. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala irregularis. *Capsula* 3-locul. polysperma.

1. *lanuginosum*. Gaertn. sem. 1. p. 62. tab. 16. fig. 10. Lam. ill. gener. n. 32. t. 4. Hab. in locis humidis Cochinchinae et Chinae. Folia subulata crassa lanuginosa.

17. CUCULLARIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala inaequalis calcarata. *Filamentum* petaliforme. *Anthera* loculis discretis!

1. *excelsa*. Willd. sp. 1. p. 17. Vochisia. Lam. ill. p. 35. Aubl. gujan 1. p. 18. ab. 6. In sylvis Gujanae. Arbor. ♃

18. QUALEA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* dipetala. *Bacca?*

1. *rosea*, petalo inferiore obtuso, foliis acuminatis. W. Aublet. guj. 1. p. 5. tab. 1.

2. *caerulea*, petalis emarginatis, foliis acutis. W. Aubl. guj. 1. p. 7. tab. 2. Hab. uti prior, in sylvis Gujanae. ♃

19. LOPEZIA. *Cal.* 4-phyll. *Cor.* 5-petala inaequalis. *Capsula* 4-locul. 4-valvis polysperma.

1. *racemosa*; caule herbaceo ramoso, foliis alternis ovato-lanceolatis serratis, floribus racemosis. Cavan. icon. 1. n. 16. t. 18. L. *mexicana*. Jacq. ic. v. 2. Willd. p. s. Habitus Circeae. ⊙

β *hirsuta*, tenerior hirsuta. Jacq. coll. austr. suppl. p. 5. t. 15. f. 4. Crescit cum priore, qua multo minor et fragilior, prope Mexico. An mera varietas?

20. USTERIA. *Cal.* 4-dentatus: lacinia unica reliquis multo majore. *Cor.* infundibuliformis 4-dentata. Caps. 1-locul. 2-sperma. *Semina* aristata.

1. *guinensis*. Willd. in Act. Soeiet. Berol. 10. p. 52. tab. 2. Monodynamis Iserti. Gmel. syst. veg. p. 10. Hab. in Guinea. ♃

Obs. Non est Usteria Cavanillesii, quae ad classem Didynamiam pertinet; ac ab Jacquino in ejus Horto Schoenbrunnensi *Maurandia* denominata est.

21. POLLICHIA. *Cal.* 1-phyllus 5-dentatus. *Cor.* o. *Sem.* 1. *Recept.*

squamae baccatae, fructus includentes.

1. *campestris.* Aiton. Kewens. 1. p. 5. Hab. ad Cap. b. sp. Folia verticillata, lineari-lanceolata. Flores congesti in capitulum, axillas trium vel quatuor foliorum occupans. Ait.

22. SALICORNIA. *Calyx* ventricosus, integer. Petala o. Sem. 1.

1. *herbacea*, herbacea patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis, spicis axillaribus oppositis pedunculatis, squamis obtusis. W. Sp. P. 1. p. 23. Oed. Flor. dan. t. 303. Blackw. t. 598. Hab. in Europae littoribus maritimis, in Virginia. Diandra. ⊙

2. *indica*, articulis clavatis, truncatis bidentatis, spicis cylindricis terminalibus solitariis obtusis Willd. in Nov. act. soc. Berol. 2. t. 4. f. 2. Ad littera maris prope *Tranquebar.* Antecedenti affinis, a qua squamis truncatis, colore glauco virescente differt.

3. *perennans*, herbacea patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis, spicis axillaribus ternis pedunculatis, squamis acutis, radice perenni. W. Salicor. herbacea Pall. it. 1. app. n. 89. t. D. fig. 1. Hab. in Sibiria ad Jaikum in paludibus siccioribus. ♄

4. *fruticosa*, caule erecto fruticoso, articulis ramulorum ancipitibus, squamis floralibus truncatis membranaceis. Willd. Gmel. sib. 3 p. 8. t. 1. f. 1? In Europae maritimis. ♄

5. *strobilacea*, caule prostrato fruticoso, articulis truncatis alternatim spiciferis, spicis nudis brevissimis oppositis. W. Pall. it. 1. app. n. 91. t. E. Buxb. cent. 1. p. 6. t. 10. f. 2. Hab. in praeruptis salsis Maris caspici. ♄

6. *virginica*, herbacea erecta, ramis simplicissimis. Lin. Hab. in Virginia.

7. *arabica*, foliis alternis vaginantibus obtusis dehiscentibus. Lin. Pall. it. 1. app. n. 92. t. D. f. 3. Moris. hist. 2. p. 610. f. 5 t. 33. f. 7. Hab. in Arabia. ♄

8. *foliata*, foliis linearibus alternis amplexicauli-decurrentibus. Lin. suppl. 81. Pall. it. 1. app. n. 93. t. F. In Sibiria. Frutex lignosus. ♄

9. *amplexicaulis*, foliis cordatis amplexicaulibus. Vahl. Symbol. 2 p. 1. Hab. ad littora lacus prope Bardo Tuneti. ♄

10. *caspica*, articulis cylindricis, spicis filiformibus. Lepech. it. 1. p. 254. Pall. it. 1. app. n. 90. t. D. fig. 2. Hab. in squalidis maris Caspici et Mediae. ♄

23. HIPPURIS. *Calyx* (o. L.) obsoletus. *Petala* nulla. *Stigma* simplex. *Sem.* 1. inferum.

1. *vulgaris*, foliis octonis subulatis. Vaill. act. par. 1719. t. 1. f. 3. Hab. in Europae fontibus, fossis aquosis, lacubus. ♄

2. *maritima*, foliis stellatis subsenis: submersis spathulatis; emersis ovatis obtusis. Hellen. Diss. in Usteri Delect. opusc. 1. p. 11. tab. 1. Retz. obs. fasc. 3. p. 7. tab. 1. Hab ad littora maris in Suecia, Finlandia circa Aboam. Fol. superiora 5-6. Hipp. *tetraphylla.* L. Suppl. ♄

24. LACISTEMA. Ament. *Anth.* remote 2-locularis. *Stigm.* 3 setacea. *Caps.* 1-locular. *Sem.* evalvis fissipendula.

1. *myricoides.* Swartz prod. p. 12. Ejusd. Icon. fasc. 1. t. 1. Naematospermum laevigatum. Richard in Act. Soc. hist. natur. p. 105. Piper aggregatum Berg. Act. helv. 7. p. 131. tab. 10. Hab. in fruticetis montium Jamaicae, inque Surinamo.

DIGYNIA.

25. CORISPERMUM. *Cal.* o. *Petala* 2. *Sem.* 1, ovale, nudum.

1. *hyssopifolium*, spicis terminalibus, foliis linearibus enerviis muticis. Pall. ross. 2. p. 112. tab. 98. Buxb. cent. 3. p. 30. t. 55. Hab. in Europae locis arenosis. ⊙

2. *squarrosum*, spicis axillaribus squarrosis, foliis lanceolato-acuminatis pungentibus nervosis. Pall. ross. 2. p. 113. t. 99. Buxb. cent. 3. p. 30. t. 56. Hab. ad Wolgam Tartariae, inque desertis Cosacorum. ⊙

3. *orientale*, fol. linearibus angustis, summitatibus floriferis subpaniculatis pubescentibus. Lam. ill. n. 44. Hab. in Oriente.

26. CALLITRICHE. *Cal.* inferus, diphyllus. *Caps.* membranacea marginata. (*Flor.* nonnulli monoici.)

1. *verna*, foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. Oed. dan. t. 129. Hab. in Europae fossis aquosis. Vere florens.

2. *aestivalis*, fol. petiolatis subrotundis fructu tetragono. Thuill. Fl. par. p. 2, Vaill. botan. p. 190. t. 32. f. 10. In aquis frigidis. Floret Julio, Augusto.

3. *intermedia*, foliis superioribus ovalibus, caulinis linearibus apice bifidis. Schkuhr bot. Hsndb. t. 1. f. e. Hoffm. germ. 2. Cum priore.

4. *autumnalis*, foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis. Loesel. pruss. 140. t. 38. In fossis aquosis autumno.

5. *tenuifolia*, fol. omnibus linearibus apice integris acutis, fructu 4-gono. Autumno prope Fontainebleau observata a Thuill., secundum quem fructus C. *vernalis* et *autumnalis* compressi sunt.

27. BLITUM. *Cal.* 3-fidus. *Pet.* o. *Sem.* 1, calyce baccato.

1. *capitatum*, capitellis spicatis terminalibus. Knorr. del. hort. 1. t. E. 3. B. fol. triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis nudis. Hort. cliff. 1. Hab. in Europa. (Tyrolia, Helvetia.) ⊙

2. *virgatum*, capitellis sparsis lateralibus. B. fol. triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis foliosis. Hort. cliff. 495. Moris. hist. 3. p. 606. s. 5. t. 32. f. 2. Hab. in Tartaria, Hispania, Gallia Narbonensi. ⊙

28. MNIARUM. *Involucr.* 4-phyllum. *Cal.* 4-partitus, superus. *Cor.* o. *Sem.* 1.

1. *biflorum*, Lin. Suppl. p. 81. Forst. Com. Götting. 9. p. 19. t. 1. Ditoca Gaertn. Hab. in Nov. Zeeland. et in Terra del Fuego. Minuartiae simile. ♄

29. CINNA. *Cal.* Gluma 2-valvis, uniflora. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Sem.* 1.

1. *arundinacea*, glabra, panicula magna, multiflora capillari, valvula altera florali infra apicem subaristata. *Michaux* Flor. Carol. p. 38. Hab. in sinu Hudsonis ad Canadam. Ab Agrost. *Mexicana* omnino distincta!

30. JARAVA. *Cal.* Gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* Gluma 1-valvis, papposa aristata.

1. *usitata*, J. *ichu*, foliis convolutis subulatis, spica paniculata. Fl. peruv. 1. p. 5. t. 6. f. b. Hab. in alpibus regni peruviani. Varius et frequens hujus graminis usus est, qui l. c. perlegi potest. An *Alopecuri* species?

Ob minorem staminum numerum hanc ad classem adhuc pertinerent nonnullae ex aliis generibus species.

M O N O G Y N I A.

Mangifera *indica*. Tradescantia *monandra*. Valeriana *rubra*, *angustifolia*, *Calcitrapa*. Aphanes *arvensis*. Polycnemum *monandrum*, Boerhaavia *diffusa*. -- Scirpi et Cyperi nonnullae species.

D I G Y N I A.

Leersia *monandra*. Rotboella 1-*andra* *Cav.* Uniola *latifolia* et *gracilis* *Michaux*.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

31. SCHREBERA. *Cal.* 2-labiatus. *Cor.* 5-7-fida. *Caps.* pyriformis, 2-locularis; 2-valvis. *Sem.* 8-10, alata.

1. *Swietenioides.* Roxb. Plants of the coast of Coromand. t. 101. Arbor excelsa. Screbera *Schinoides* L. *Cuscutae* species est in *Myrica æthiopica* parasitica.

32. NYCTANTHES. *Cor.* hypocrateriformis: *Laciniae* emarginatae. *Caps.* bilocularis, marginata, bipartibilis.

1. *Arbor tristis*, caule tetragono, fol. ovatis acuminatis, pericarpiis membranaceis compressis. Lam. illustr. p. 20 t. 6. Scabrita scabra. Syst. nat. ed. 12. p. 115. Rheed. mal. 1. p. 35. t. 21. Hab. in India. ♃

33. JASMINUM. *Cor.* hypocrateriformis, 5-8-fida. *Bacca* dicocca. *Semina* solitaria arillata.

* *Foliis simplicibus.* (Mogorium *Juss.* ob octonarium laciniarum numerum.)

1. *Sambac*, foliis oppositis simplicibus ellipticis ovatis subcordatisque membranaceis opacis, ramulis petiolisque pubescentibus, laciniis calycinis subulatis. Aiton. Kew. 1. p. 8. Willd. Sp. pl. 1. p. 35. Lam. ill. t. 6. f. 1. Rumph. amb. 5. p. 52. t. 30. Hab. in India. Odor gratus. ♄

2. *undulatum*, foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus. Nyctanthes undulata. Sp. plant. p. 8. Rheed. 6. p. 97. 55. Hab. in Malabaria. ♃

3. *hirsutum*, petiolis pedunculisque villosis. Willd. l. c. 1. p. 36. N. hirsuta. Sp. plant. 2. p. 8. Hab. in India. ♃

4. *triflorum*, fol. (parvis) ovatis inferioribus obtusis; superioribus acutis, cymis trifloris. Lam. illustr. p. 23. t. 6. f. 2. sub Mogorio. Nyct. angustifolia. L. Rheed. 6. t. 53. In Malabaria. ♄

5. *acuminatum*, fol. ovatis acuminatis trinariis, petiolis cirrhosis, dentibus calycinis setaceis. Lam. l. c. sub Mogorio. In insula Java. ♄

6. *trifoliatum*, fol. ternatis: foliolis ovatis, minoribus, calyce brevissimo. Lam. l. c. p. 27. cresc. In insula Mauritiana. ♃

7. *pubescens*, foliis oppositis ovatis cordatis utrinque pubescentibus. Willd. l. c. p. 37. Retz. Obs. bot. 5. p. 9. Hab. in Calcutta. ♄

8. *scandens*, foliis oppositis simplicibus ovato-oblongis attenuatis, paniculis brachiatis, laciniis calycinis setaceis reflexis. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Bengalia. ♃

9. *elongatum*, foliis cordatis lanceolatis acutis elongatis minoribusque, ramis teretibus. Willd. Nyct. elongata. Lin. suppl. 28. Berg. Act. angl. 1772. p. 290. t. 11. Hab. in India orientali. ♄

10. *glaucum*, foliis oppositis simplicibus lanceolatis nitidis, laciniis calycinis subulatis. Aiton. Kew. 1. p. 9. Jasm. ligustrifolium, foliis oppositis simplicibus lanceolatis crassiusculis. Lam. rck. encyclop. 3. p. 209. Nyctanthes glauca. Lin. suppl. 82. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

11. *trinerve*, foliis oppositis simplicibus ovatis attenuatis trinerviis, pedunculis axillaribus subunifloris. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Java. ♄

12. *lanceolatum*, fol. oppositis lanceolatis, pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris. Fl. peruv. 1. p. b. Hab. in Peru, locis umbrosis. Cor. alba subpurpurascens.

13. *australe*, fol. oppositis ovato-lanceolatis simplicibus. Forst. prod. n. 7. (simplicifolium.) Hab. in insulis Amicorum. ♄

** *Foliis ternatis.*

14. *angulare*, foliis oppositis ternatis: foliolis ovatis obtusis, ramulis angulatis petiolisque villosis, pedunculis axillaribus trifloris. Vahl. symbol. 3. p. 1. Hab. ad. Cap. b. spei. ♄

15. *auriculatum*, foliis oppositis ternatis, ramulorum floriferorum simplicibus, calycibus angulatis ramisque teretibus pubescentibus. Vahl. symbol. 3. p. 1. Hab. in hortis idolatrorum Malabariae. ♄

16. *flexile*, glabrum, foliis oppositis ternatis, racemis axillaribus brachiatis, caule scandente, ramis teretibus. Vahl. symbol. 5. p. 1. Hab. in India orientali. ♄

17. *didymum*, glabrum, foliis oppositis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Societatis insulis. ♄

18. *azoricum*, foliis oppositis ternatis: foliolis ovatis subcordatisque undulatis, ramis glabris teretibus, corollae laciniis tubo aequalibus. Aiton Kew. 1 p. 9. Pluk. almag. 185. t. 303. f. 1. Hab. in insulis azoricis. Flor. albi, odorati. Fol. magna. ♄

19. *fruticans*, foliis alternis ternatis simplicibusque: foliolis obovatis cuneiformibusque obtusis, ramis angulatis, laciniis calycinis subulatis. Aiton. Kewens. 1. p. 9. Jasm. luteum, vulgo dictum bacciferum. Bauh. pin. 298. Lam. illustr. n. 63. t. 7. f. 2. In Europa australi et toto Oriente. ♄

20. *humile*, foliis alternis acutis ternatis pinnatisque, ramis angulatis, laciniis calycinis brevissimis. Aiton. Kew. 1. p. 9. Knorr. del. hort. 1. tab. 1. Besl. cyst. aestiv. t. 40. f. 2. Fl. lutei. ♄

21. *odoratissimum*, foliis alternis obtusiusculis ternatis pinnatisque, ramis teretibus, laciniis calycinis brevissimis. Ait. Kew. 1. p. 10. Hab. in Madera. Flor. flavi. ♄

*** *Foliis pinnatis.*

22. *officinale*, foliis oppositis pinnatis: foliolis acuminatis, gemmulis erectiusculis. Aiton. Kew. 1. p. 10. J. foliis oppositis: foliolis distinctis. Syst. Veg. p. 54. Blackw. t. 13. Hab. in India, inque Helvetia. Flor. albi, odorati. ♄

23. *grandiflorum*, foliis oppositis pinnatis: foliolis obtusiusculis, gemmis horizontalibus. Ait. Kew. 1. p. 10. J. fol. oppositis pinnatis: foliolis extimis confluentibus. Sp. pl. 2. p. 9. Mill. dict. n. 4 Merian. surin. t. 46. Rheed. mal. 6. p. 91. t. 52. Hab. in India. Cor. alba, subtus rubra. ♄

34. GALIPEA. *Cal.* 4-5-gonus, 4-5-dentatus. *Cor.* hypocraterif. profunde 4-5-partita. *Stam.* 4: duo sterilia.

1. *trifoliata*. Aubl. gujan. n. 2. p. 662. t. 269. Hab. ad fluviorum ripas Gujanae. ♃

35. LIGUSTRUM. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-sperma.

1. *vulgare*, foliis lanceolatis acutiusculis, panicula coarctata. Willd. arb. berol. p. 169. Hab. in collibus glareosis, ad sepes. ♄

2. *japonicum*, fol. ovatis acuminatis, panicula divaricata. Willd. S. P. 1. p. 42. L. fol. ovatis acuminatis, panicula decomposite trichotoma. Thunb. jap. p. 17. t. 1. Hab. in Japonia. ♄

36. PHILLYREA. *Cor.* 4-fida: tubo brevissimo. *Bacca* 2-locularis: loculis 1-sperma: uno saepe abortivo.

1. *media*, foliis oblongo-lanceolatis integris serratisque. Ait. Kew. 1. p. 11. Willd. Sp. pl. 1. p. 42. Gaertn. de Fr. et Sem. 2. p. 71. t. 92. f. 5. Camer. epit. 90. Ic. Hab. in Europae australioris collibus. ♄

2. *angustifolia*, foliis linear-lanceolatis integerrimis. Hort. cliff. 4. Lam. illustr. t. 8. f. 3. Cam. l. c. Hab. in Italia, Hispania et in Atlante. ♄

3. *latifolia*, foliis ovato-cordatis serratis. Hort. cliff. 4. Lam. illustr. t. 8. f. 2. Clus. hist. 51. ic. Hab. in Europa australi. Sempervirens. ♄

37. OLEA. *Cor.* 4-fida: laciniis subovatis. *Drupa.* 2-sperma: uno abortante.

1. *europaea*, foliis lanceolatis integerrimis, racemis axillaribus coarctatis. Ait. Ait. Kew 1. p. 12. Lam. l. c. t. 8. f. 1. Gaertn. 2. p. 75. t. 93. f. 4. Willd. l. 1. p. 44-46. Hab. in Europa australi, inque Africa boreali. ♄

β *verrucosa*, fol. lanceolatis planis subtus albidis, ramis verrucosis. Willd. Sp. pl. L. 1. p. 44. O. europaea. Thunb. prodr. 2. Ad Cap. bon. spei. ♄

2. *capensis*, foliis ovatis integerrimis, racemis paniculaeformibus divaricatis. Aiton. Kew. 1. p. 13. Burm. afr. 233. t. 81. f. 1. Hab. ad Cap. b. Spei. ♄

3. *americana*, foliis lanceolato-ellipticis integerrimis, racemis angustatis, bracteis omnibus persistentibus connatis parvis. Ait. Kew. 1. p. 14. Ligustrum lauri folio, fructu violaceo, baccis purpureis. Catesb. 1. p. 61. t. 61. Seeligm. Voegel. 3. t. 33. Hab. in Carolina. ♄

4. *cernua*, foliis oblongis lanceolatis obtusissimis, racemis axillaribus simplicibus, floribus cernuis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Madagascar. ♄

5. *apetala*, foliis ellipticis, floribus racemosis apetalis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

6. *excelsa*, foliis ellipticis acutis, bracteis perfoliatis: infimis cyathiformibus, superioribus foliaceis magnis deciduis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Madera ♄

7. *fragrans*, foliis lanceolatis serratis, pedunculis lateralibus aggregatis unifloris. Thunb. jap. 18. t. 2. Hab. in Cochinchina, China, Japonia. Flores ob odorem gratum ad potum Theae adhibentur ab incolis. ♄

8. *emarginata*, fol. obovatis retusis emarginatis, panicula pauciflora terminali. Lam. illustr. p. 29. t. 8. f. 2. Hab. in insula Madagascariae. Arbor 40-pedalis.

9. *chrysophylla*, fol. angusto-lanceolatis utrinque acutis subtus aureo-nitidis, paniculis lateralibus. Lam. ill. p. 27 In insula Maritiana. ♄.

10. *lancea*, fol. lineari-lanceolatis utrinque acutis, panicula terminali, drupis oblongis acutis. Lam. l. c. In insula Franciae. ♄

38. ORNUS. *Cal.* 4-partitus. *Corol.* 4-partita: petalis longis ligulatis. *Filam.* longa. *Nux* alata.

1. *europaea*. Fraxinus Ornus L. Mill. illustr. ic. arbor. Hab. in Italia et Hispania. (Cavan.) Floribus, sequenti generi fere similibus, plane differt a *Fraxinis*.

39. CHIONANTHUS. *Cor.* 4-fida: laciniis longissimis. *Drupae* Nucleus striato-fibrillosus.

1. *virginica*, panicula terminali trifida, pedunculis trifloris, foliis acutis. Willd. Sp. pl. 1. p. 46. Lam. illustr. p. 30. t. 9. Hab. in America septentrionali. Variat corolla 4. 5. 6-fida et staminibus quatuor. ♄

2. *cotinifolia*, panicula terminali trichotoma, pedunculis trifloris, foliis obtusis. Willd. l. c. p. 47. Arbuscula zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis, floribus albis cuculli modo laciniatis. Pluk. alm. 44. t. 241. f. 4. Hab. in Zeylona. ♄

3. *compacta*, paniculis trichotomis, ultimis floribus subcapitatis, calycibus villosis, foliis lanceolato-oblongis, antheris acuminatis. Swartz prod. 13. Vahl. symbol. 2. p. 1. Jacq. Collect. 2. p. 110. t. 6. f. 1. *Ceranthus* Schreb. gen. Hab. in insulis Caribaeis. ♄

4. *zeylanica*, ramis paniculae axillaris oppositis, floribus subsessilibus. Thouinia nutans. Lin. suppl. 89. Hab. in Zeylona. ♄

5. *guianensis*, flor. corymbosis axillaribus, fol. alternis oppositisque ovato-oblongis. Mayepea gujanensis. Aubl. guaj. p. 8, 1. t. 31. Flor. 4-andr. Schwarz. l. c. a. Hab. in Gujana. Cort. albicans. a. ♄

6. *incrassata*, paniculis decussatis fastigiatisque, cor. laciniis incrassatis, fol. oblongis. Swartz prodr. p. 13. In Jamaica. Flor. 2-andri S. in Schrad. Journ. 2. p. 25.

7. *ligustrina*, fol. lanceolatis, paniculis terminalibus, floribus erectis subtetrapetalis. Richard. Thouinia Swartz prodr. p. 15. Linociera Schreb. gen. pl. L. n. 1709. Willd. Sp. pl. L. 1. p. 154. Hab. in Jamaica. ♄

40. SYRINGA. *Cor.* 4-fida. *Capsula* bilocularis.

1. *vulgaris*, fol. cordatis. L. Willd. p. 48. Lilac vulgaris. Lam. ill. p. 26. t. 1. Du Hamel. arb. 2. t. 138. Ad sepes et in sylvaticis. ♄

2. *dubia*, fol. ovato-attenuatis. S. chinensis Willd. Sp. pl. L. 1. p. 48. Etiam in Gallia, ex. gr. prope Rouen et circa Parisios sponte quasi crescit. An e China ad Europam prius apportata? ♄

3. *persica*, foliis lanceolatis integris pinnatifidisque. Lin. Hort. cliff. 6. Mill. dict. t. 164. f. 2. Hab. in Persia. Nunc frequens in hortis colitur. ♄

4. *suspensa*, foliis ovatis serratis ternatisque. Thunb. jap. 19 t. 3. Hab. in Japonia. Calyx profundius divisus et corolla campanulata. Thunb. ♄

41. DIALIUM. *Cor.* 5-petala. *Cal.* nullus. *Stamina* ad latus superius receptaculi.

1. *indum*, panicula simplici nutante. Hab. in India. ♄

2. *guinense*, panicula supradecomposita erecta. Willd. apud Roemer Archiv. 1. p. 31. t. 6. Hab. in Guinea. ♄

42. PIMELEA. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-fida. *Stam.* fauci inserta. *Nux* corticata unilocularis.

1. *linifolia*, foliis lineari-lanceolatis latis, capitulis terminalibus involucratis, corolla extus villosa. Smith. Nov. Holl. 1. p. 31. tab. 11. Hab. in Nova Hollandia. ♄

2. *Gnidia*, foliis oblongo-lanceolatis acutis glaberrimis, corolla extus villosa Willd. I. c. p. 58. Passerina Gnidia. Lin. suppl. 226. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

3. *pilosa*, pilosa, foliis linearibus obtusis. W. Passerina pilosa. Lin. suppl. 226. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

4. *prostrata*, pilosa, fol. ovatis sessilibus carnosis. Willd. p. 51. Lam. ill. p. 31. t. 9. f. 1. Passerina prostrata. Lin. suppl. 227. Hab. in Novae Zeelandia montibus aridis. ♄

43. ERANTHEMUM. *Cor.* 5-fida: tubo filiformi. *Antherae* extra tubum. *Stigma* simplex.

1. *capense*, foliis lanceolato-ovatis petiolatis. Willd. Sp. pl. L. 1. p. 51-52. Herm. parad. 153. Hab. in Aethiopia. Habitus Chironiae.

2. *angustifolium*, foliis linearibus remotis patulis. Syst. Veg. p. 55. Lam. ill. 1. p. 60. t. 17. f. 1. Selago dubia. Spec. plant. 2. p. 877. Burm. afr. 130. t. 47. f. 3. Plukn. mant. 180. t. 445. f. 6. Hab. in Aethiopia. ♄

3. *parvifolium*, foliis ovato-linearibus imbricatis. Mant. p. 171. Berg. cap. 2. Lam. l. c. f. 2. Comm. amst. 2. 119. t. 60. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

4. *salsoloides*, fruticosum, foliis carnosis teretiusculis linearibus glaberrimis, racemis axillaribus calycibusque pubescentibus, tubo recurvo. Lin. suppl. 82. Hab. in Teneriffa prope St. Crux. ♄

44. FONTANESIA. *Cor.* dipetala. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Caps.* membranacea non dehiscens, 2-locularis: loculis monospermis.

1. *phillyreoides*. Billard. Icon. pl. Syr. Dec. 1. p. 9. t. 1. Duhamel arb. ed. nova. t. 5. Hab. in Syria inter Laodiceam ad mare et montem Caspium. ♄

45. CIRCAEA. *Cor.* dipetala. *Cal.* 2-phyllus, superus. *Caps.* hispida bilocularis non dehiscens; loculis monospermis.

1. *lutetiana*, caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis. Oed. dan. 256. Lam. ill. 16. f. 1. Fol. pubescentia, etiam glabra. Kniph. orig. cent. 10. t. 22. Hab. in Europae et Americae borealis nemoribus. ♃

* *intermedia*, major, fol. cordatis, repando-denticulatis acuminatis cauleque simplici glabro, capsulis ovato-globosis. Schumacher Flor. Saelland. 1. p. 5. Circaea lutetiana Curt. Flor. Londini. In umbrosis humidis et in palustribus.

2. *alpina*, caule ramosissimo depresso, foliis cordatis dentatis nitidis glabris. Roth. germ. I. p. 13. Hab. ad montium radices in Europa. ♃

46. VERONICA. *Cor.* limbo 4-partito: lacinia infima angustiore *Caps.* bilocularis.

* *Spicatae.*

1. *sibirica*, spicis terminalibus, foliis septenis verticillatis, caule subhirto. Gmel. sib. 3. p. 217. Amm. Fl. ruthen. t. 4. Willd. Sp. 1. p. 54. Hab. in Dauria. Stamina et pistillum corolla duplo longiora. ♃

2. *virginica*, spicis terminalibus, foliis quaternis quinisque. Pluk. alm. 383. t. 70. f. 2. Hab. in Virginia et Japonia. Flor. albi.

3. *spuria*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis aequaliter serratis. Roth. germ. I. p. 2. II. p. 5. Gmel. it. 1. p. 169. t. 39. Barr. ic. 801. Hab. in Europa australiore, Sibiria, Thuringia. ♃

4. *maritima*, spicis terminalibus, foliis subcordato-lanceolatis, inaequaliter serratis. Roth. germ. I. p. 5. Oed. dan. 374. Knorr. del. hort. 2. tab. V. 2. Hab. in maritimis Europae macris apricis. Fol. ovata. Var. ut antecedens et sequens species, fol. oppositis ternis quaternisve, flore coeruleo, coerulescente, incarnato, alboque. Willd. ♄

5. *longifolia*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis acuminatis serratis in petiolum desinentibus. Roth. germ. I. p. 5. Sabbat. hort. rom. 2. t. 48. Hab. in Tartaria, Austria, Suecia. ♃

6. *incana*, spicis terminalibus, foliis oppositis crenatis obtusis cauleque erecto tomentoso. V. spicata lanuginosa et incana, floribus coeruleis. Amm. ruth. 30. Hab. in Ucrania, Samara. Cinerascens. ♃

7. *spicata*, spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis apice integerrimis caule adscendente simplicissimo. Oed. dan. t. 52. Hab. in sylvaticis. Variat spicis pluribus. ♃

8. *hybrida*, spicis terminalibus, foliis

ellipticis obtusis inaequaliter crenato-serratis, caule erectiusculo. Smith. Flor. brit. 1. p. 16. Willd. apud Schrad. Journ. de Bot. 1799. p. 288. t. 3. Antecedente major, spicis plurimis. In montosis Europae. ♄

9. *pinnata*, spica terminali, foliis linearibus pinnatifidis subfasciculatis: laciniis filiformibus divaricatis. Aiton Kew. 1. p. 19. Laxmann in Act. Petrop. 1770. p. 553. t. 29. f. 1. Hab. in Sibiria. ♄

10. *laciniata*, racemo subspicato terminali, foliis pinnatifidis laciniatis. Ait. Kew. 1. p. 19. Junghans. icon. rar. cent. 1. fig. 2. Hab. in Sibiria. ♄

11. *incisa*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis inciso-pinnatifidis glabris. Ait. Kew. 1. p. 19. Hab. in Sibiria. Differt a praecedenti spicis nunquam solitariis semper aggregatis. ♄

12. *Catarractae*, racemis terminalibus flexuosis, caule suffruticoso, foliis lanceolatis serratis. Forst. prodr. n. 7. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

13. *elliptica*, racemis lateralibus, caule fruticoso, foliis ellipticis integerrimis. Forst. prod. n. 10. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

14. *macrocarpa*, racemis subterminalibus erectis, foliis lanceolatis integerrimis glabris planis, caule fruticoso. Vahl symb. 3. p. 4. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

15. *salicifolia*, racemis lateralibus nutantibus, foliis lanceolatis integerrimis, caule fruticoso. Vahl. symbol. 3. p. 4. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

16. *parviflora*, racemis subterminalibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris mucronatis, caule fruticoso. Vahl. symbol. 3. p. 4. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

17. *officinalis*, spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis obovato-subrotundis pilosis annuis, caule procumbente hirto. Willd. p. 59. Flor. suec. 2. n. 12. Oed. dan. t. 248. Hab. in Europae sylvestribus sterilibus. ♄

18. *Allionii*, spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis subrotundis nitidis rigidis, caule glabro repente. Smith Act. Soc. Lin. Lond. 1. p. 190. Allion. pedem 1. n. 265. t. 46. f. 3 Pluk. phyt. 233. f. 1. Hab. in alpibus Galliae australioris Italiae, Helvetiae. ♄

19. *Michauxii*, pilosa, racemis lateralibus, flor. subglomeratis, fol. ovatis dentatis sessilibus. Lam. ill. p. 44. In Oriente. Pili albi glutinosi.

20. *decussata*, racemis axillaribus paucifloris, foliis ellipticis perennantibus integerrimis, caule fruticoso. Willd. arb. berol. p. 400. Moench. Weissenst. p. 137. Hebe magellanica. Jussieu. gen. Hab. in insulis Falklandiae inque freto Magellanico. ♄

** *Corymboso-racemosae.*

21. *aphylla*, corymbo terminali, scapo nudo, caps. obcordatis. Bocc. musc. 2. p. 17. t. 1. et 9. Plukn. alm. 384. t. 114. f. 3. Segui. Ver. 241. t. 3. f. 2. Hab. in Alpibus Europae australioris inque Asia boreali. Singularis pilis articulatis ut Confervae. V. Kamtchatica. L. suppl. hujus tantum varietas. Willd. p. 60. V. subacaulis. Lam. ill. p. 49. n. 171. ♃

22. *nudicaulis*, corymbo terminali, scapo nudo, caps. ovatis integris. Lam. ill. p. 46. Hab. in Europae alpibus.

23. *bellidioides*, corymbo terminali, caule adscendente diphyllo, foliis obtusis crenatis, calycibus hirsutis. V. caule simplici, foliis scabris serratis ovatis, spica pauciflora. Hall. helv. n. 543. t. 15. f. 1. Hab. in Pyrenaeis, alpibus Helvetiae imprimis Aquilegensibus. ♃

24. *gentianoides*, corymbo terminali, caule adscendente, foliis lanceolatis margine cartilagineis: inferioribus connatis vaginantibus. Vahl. symbol. 1. p. 1. Buxb. Cent. 1. p. 23. t. 35. Hab. in Cappadocia, Armenia. ♃

25. *Ponae*, racemo terminali, caule simplicissimo, foliis cordato-ovatis dentatis sessilibus. Willd. p. 51. V. *Ponæ*, spica terminali, foliis cordato-ovatis sessilibus summis alternis. Gouan. illust. p. 1. t. 1. f. 1. Pluk phytog. t. 233. f. 3. Hab. in montosis Pyrenaeorum inque monte Baldo. ♃

26. *fruticulosa*, corymbo terminali, foliis lanceolatis obtusiusculis subdenticulatis, calycinis foliolis acutis, caulibus fruticulosis. W. Hall. helv. n. 545. t. 16. Jacq. collect. 4. p. 229. tab. 5 Hab. in alpibus. Facies Ver. serpillifoliae. ♄

27. *saxatilis*, corymbo terminali, fol. ellipticis obtusis integerrimis ciliatis, calycinis foliolis obtusis, caulibus fruticosis. Willd. V. saxatilis, corymbo terminali, fol. oppositis glabriusculis, pedunculis folia floralia superantibus. Lin. suppl. 83. Oed. dan. t. 342. Hab. in alpibus. Caules ramosi diffusi. Fl. magni, fauce rubra. ♄

28. *alpina*, corymbo terminali, foliis oppositis oblongo-lanceolatis acutis dentatis, calycibus hispidis. Oed. dan. t. 16. Fl. lapp. 7. t. 9. f. 4. Hab. in alpibus Europae. ♄

29. *integrifolia*, corymbo terminali, foliis oppositis ellipticis obtusis integerrimis, calycibus pilosis. Willd. p. 63. V. alpina. Krocker siles. n. 28 tab. 3. Hab. in alpibus Salisburgensibus inque Sudetis. ♃

30. *tenella*, foliis oblongis crenatis, caulibus repentibus, calycibusque villosis. Vahl. symbol. 3. p. 5. Allion. pedem. n. 272. t. 22. f. 1. Pluk. alm. 384. t. 233. f. 4. Hab. in Pyrenaeis et alpibus Pedemontanis. ♃

31. *Beccabunga*, racemis lateralibus, oliis ovatis planis, caule repente. Oed. dan. 511. Curt. Fl. Lond. Hab. ad scaturigines vix congelandas. ♃

32. *Anagallis*, racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto. Fl. Dan. 903. Hab. in Europa ad fossas et in Oriente. ♃

33. *scutellata*, racemis lateralibus alternis: pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. Oed. dan. 209. Hab. in Europae inundatis. Racemi capillares, laxi, divaricati. ♃

α. S. *trigonus*, culm. trigono nudo, spicis lateralib. ovatis fasciculatis sessilib. pedunculatisque, mucrone erecto. Roth. Beyträge 2. P. 90. S. *triqueter* Lin. Willd. Sp. pl. 1. p. 302. Hab. in Europa australi ad paludes. Gluma calycina corollas aequans. Roth.

β. S. *triqueter* (triangularis), culm. triquetro nudo, spicis lateralib. sessilib. ovali-acuminatis, mucrone erecto Roth. l. c. p. 91. S. *mucronatus*. Roth. Flor. germ. Pollich. Cresc. cum priore. Spicae duplo acutiores quam praecedentis. Gluma corollis duplo fere major. Roth.

55. *mucronatus* (*tricarinatus*), culm. triangulo acuminato, spic. lateralib. ovatis sessilib. mucrone horizontali. Roth. l. c. Willd. Sp. l. c. Hab. rarius in stagnis. Omnib. in partibus crassior a antecedentibus. Caul. mollis, semen nigrum. Micheli gen. p. 47.

56. *americanus*, culm. acute triquetro nudo, spicolis sessilibus conglomeratis, oblongo-ovatis mucrone brevioribus. S. *triqueter*. Michaux Flora 1. p. 30. Hab. in Carolina inferiore. Ab Europaeo diversus videtur. Spiculae majores.

57. *dichotomus*, culm. triquetro nudo, umbella decomposita, spicis ovatis, dichotomiae sessilib. L. Flor. zeyl. 40. Rottb. Pluk. alm. 170. t. 119. f. 3. Hab. in India, Arabia et Aegypto.

58. *annuus*, culmo triquetro nudo multifloro, involucro diphyllo, umbel. simplici spicis solitariis peduncul. intermedia sessili Allion. Pedem. 2. p. 277. t. 88. f. 5. Desfont. Atl. 1. p. 51. Hab. in Helvetia, Pedemontano et Barbariae agris. Culm. plures ex una radice. Spic. ovato-acuminatae, unica in centro umb. sedet. A.

59. *echinatus*, culm. triquetro nudo, umb. simplici, spicis ovatis. Fl. zeyl. 38. Pluk. alm. 179. t. 91. f. 4. Hab. in India utraque.

60. *retrofractus*, culm. triquetro, umb. simplici, spicarum flosculis retrofractis. Sp. pl. Pluk. phyt. 415. f. 4. In Virginia. ♃

61. *ferrugineus*, culm. triquetro subnudo, involucris longitudine paniculae ciliatis. Willd. Sp. 1. p. 304. Schoenus polymorphus. Rottb. gram. 67. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 36. t. 77. f. 2. Hab. in Jamaicae paludibus et in siccis. ♃

62. *pubescens*, fol. radical. angustis, umbel. terminali sparsa spicul. crassiusculis ovatis, squamis subpubescentib. ovalibus. Mich. Flora. p. 31. Hab. in Carolina et Georgia.

63. *castaneus*, fol. radicalib. angustis, erectis, culmo subtereti striato, umbel. terminali bracteis involucrata, spicul. subrotundo-ovatis, squamis suborbiculatis. Michaux. l. c. Squamae nitentes, badiae. Hab. in Florida.

64. *Michauxii*, fol. radical. planis, culm. nudo subancipiti, umb. composita laxa, spicul. oblongo-ovatis: squamis lanceolatis, carina prominente discolore in mucronem desinente. S. mucronulatus. Mich. p. 32. Hab. in Carolina montib. Sem. nudum. Styl. trifidus.

65. *spadiceus*, culm. semitereti nudo retrorsum scabro, umbel. composita, spic. oblongis dichotomis sessilib. involucr. brevibus. Vahl. Eclog. Lin. Willd. Sp. 1. p. 305. Hab. in America meridionali, Jamaicae fluviis.

66. *miliaceus*, culm. triquetro nudo, umb. supradecomposita, spicis subglobosis parvis intermediis sessilib. involucro setaceo. Sp. pl. 75. Retz obs. 5. p. 16. Rottb. p. 57. t. 5. f. 2. Hab. in India Pedunc. dichotomi. Culm. tenuis. Spicae pedunculatae, at solitariae sessiles in ramificationibus umbellae, minutissimae ut semina Milii. Lin.

* *bengalensis*, culm. tenui nudo, umb. supradecomposita, involucro tetraphyllo, spicul. intermediis sessilib. ovatis (minutis): squamis concavo-carinatis mucronatis. Communicatus a cl. Richard, qui eum ex Bengalia accepit. An diversa species?

67. *maritimus* (*riparius*), culm. triquetro, panic. conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata, involucro polyphyllo Hab. in lacub. et fossis. 2-3 pedalis.

β. *macrostachyus*, culm. acute triquetro folioso, bracteis plurib. longissimis,

spic. sessilib. pedunculatisque crassis ovatis squamis subaristatis. Michaux Flora. p. 32. Hab. in Carol. paludib. salsis.

68. *compactus*, minor, spiculis omnibus sessilib. squamis trifidis, involucro diphyllo. Kroecker Flor. Siles 1. t. 15. Flor. dan. t. 937. Hab. in uliginosis subexsiccatis. Tam ob locum, quam parvitatem ab antecedente diversus.

69. *grossus*, culm. triquetro nudo, umb. supradecomposita, spicis pedicellatis, involucro triphyllo lanceolato-subulato longissimo. Lin. supp. l. 104. Hab. in India. Culmus orgyalis. Involucrum foliol. unico longissimo. Simillimus S. miliaceo, sed magnitudine diversus. L.

70. *Luzulae*, culm. triquetro nudo, umb. foliosa prolifera, spiculis subrotundis. 1 in Pluk. mant. 97. t. 417. f. 3. Hab. in India. Involucrum universale polyphyllum: fol. ensiformib. umb. longioribus; partialia vix ulla. Capit. subrotunda, glomerata ex spiculis subrotundis.

71. *sylvaticus*, culm. triquetro folioso, umb. foliacea, pedunc. nudis supradecompositis dichotomis, spicis confertis. Flor. dan. t. 307. Leers. t. 1. f. 4. Michaux, Flor. 1. p. 33. β. *radicans*, culm. triquetro folioso, umb. foliacea, culmis sterilibus deflexis apice radicantibus. Schkuhr. Hoffm. germ. p. 26. Hab. in sylvarum fossis. ♃

72. *aestivalis*, culm. depressis triquetris nudis, umb. compositis involucratis, flor. monandris. Retz. obs. 4. p. 12. Hab. in fundo fluviorum essiccatorum Zeylonae. ♃

73. *squarrosus*, culm. triquetro nudo foliisque setaceis, spicis ternis sessilibus ovatis squarrosis. Mant. 181. Rottb. p. 49. t. 17. f. 5. Hab. in Ind. orientali. Involucr. diphyllum; spicae squam. subulatis, exstantibus, basi nodosis, valde imbricatis.

74. *dipsaceus*, culm. setaceis triquetris, umb. simplici, capitulis oblongis squarrosis, flosc. subulatis recurvis diandris, germine echinato. Rottb. gram. 56. t. 12. f. 1. Hab. in India. Parvus. Involucr. 3-4 phyllum.

76. *junciformis*, culm. nudo filiformi subtrigono, paniculae spiculis sessilibus pedunculatisque, involucro diphyllo. Retz. obs. 6. p. 19. Hab. in China.

76. *michelianus*, culm. triquetro, capitulo globoso, involucr. polyphyllo longo. Lin. Bot. Annal. 1. p. 20. t. 2. Desf. atl. 1. p. 51. Till. pis. 51. t. 21. f. 5. Buxb. cent. 1. p. 34. t. 55. f. 1. Hab. in Europa Aegypto et in Marocco.

77. *ciliaris*, culm. triquetro folioso, umb. sparsis, squamis calycinis aristis ciliatis. Mant. 182. Rottb. t. 17. f. 1. S. *pubescens*. Desf. Atlant. 1. p. 52. Schousboe Maroc. ed. germ. p. 19. Hab. in India orientali et in Barbaria. Culmi palmares laxi. Spicae ovatae, hirtae pilis raris. Involucri loco saepe foliola 1. seu 2. parva.

***** *Culmo triquetro, Capitulo terminali.*

78. *hottentottus*, culm. triquetro folioso, capitulo globoso, squam. lanceolatis hirtis. Lin. Mant. 182. Thunb. prod. 18. Ad Cap. b. spei locis paludosis. Folia caulina, 3, remotissima. Involucrum capituli triphyllum.

79. *antarcticus*, culm. triquetro nudo foliisque filiformib. capitulo globoso, involucr. 1-phyllo. Mant. 181. Thunb. prod. 17. Scirpus barbatus, vaginis suboppositis ora superiori barbatis. Rottb gram. 52. t. 17. f. 4? Pluk. alm. 179. t. 299. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei et in Guinea. Spicae ovatae, trifariam imbricatae triquetrae.

80. *argenteus*, culm. setaceis triquetris, involucr. tetraphyllo longissimo, spic. cylindricis plurimis in capitulum glomeratis. Rottb. p. 51. t. 17. f. 6. Rheed. mal. 12. p. 101. Hab. in India.

* 81. *monander*, culm. triquetro, involucr. triphyllo longo, capitulo sessili glomerato, flosc. monandris. Rottb. p. 50. t. 14. f. 3. Hab. in India. Spic. ovato-teretes.

82. *cephalotes*, culm. triquetro nudo, capitulo ovato squarroso, involucr. triphyllo longo. Lin. Willd. Sp. 1. p. 311 Houttuyn t. 88. f. 3. Hab. in India.

124. TRICHOPHORUM. Spicul. subovatæ, squamis undique imbricatis. *Sem.* setulæ capilliformes (nec lanam densam referentes) demum longe exsertæ numero definito sex. (Genus intermedium inter Scirpum et Eriophorum.)

1. *cyperinum*, culmo triquetro folioso, panicula decomposita, spiculis confertis ovatis. Scirpus Eriophorum. Michaux Flor. t. p. 33. Eriophorum cyperinum Lin. Willd. Spec. 1. p. 313. Hab. in Amer. boreali. Gram. altum.

2? *lineatum*, culm. folioso paniculato, spicul. ovato-oblongis; squamis lanceolatis subcarinatis. Scirp. lineatus. Michaux. l. c. Hab. in Carolina. Priori simile.

3. *alpinum*, parvum, culm. nudo angulato spicato. Erioph. alpinum. Lin. Flor. dan. t. 620. Sowerb. engl. bot. t. 311. Hab. in Europae subalpinis.

β *hudsonianum*, majus, culm. nudo triquetro, fol. canaliculato-setaceis. Michaux. p. 34. Hab. ad sinum Hudsonis.

125. ERIOPHORUM. *Glumae* paleaceæ undique imbricatæ. *Sem.* lana densa longissima cinctum.

* *Monostachya.*

1. *vaginatum*, culmis vaginatis teretibus, foliis triquetro-canaliculatis, spica ovata. Roth. N. Bot. Beyträge, 1. p. 95. Willd. Spec. 1. p. 312. Flor. dan. t. 236. Hab. in montosis uliginosis. Glum. acuminatae.

2. *Scheuchzeri*, culm. basi vaginatis teretib., fol. tereti-canaliculatis, spica rotunda. Roth. l. c. Scheuchz. Agrost. app. t. 7. E. *capitatum*. Hoffm. Flor. germ. ed. 2. p. 26. Hab. in alpib. rhaeticis et Salisburg. Glum. obtusae.

** *Polystachia, culm. foliosis teretibus.*

3. *virginicum*, fol. angustis planis, apicis pluribus sessilibus. Willd. l. c. p. 313. Roth. l. c. p. 96. Hab. a Canada ad Carolinam. Flor. diandri Lana fulvescens. Mich.

4. *vulgare*, (polystachyum L.) fol. planis mucrone triquetro, spicis pedunculatis nutantib. involucrum subaequantib. Leers herb. t. 1. f. 5. Engl. bot. t. 563. Cresc. in paludosis. Involucr. basi membranaceo-dilatatum, 2-3-phyllum.

5. *angustifolium*, fol. canaliculato-triquetris, spicis pedunculatis, seminib. ovatis. Roth l. c. p. 94. E. *polystachyon* Huds. Curt. Flor. lond. t. 9. Involucr. 3-phyl. foliol. linearia: unico spicis multo longiore. Cum priore; etiam in America crescit.

6 *gracile*, fol. triquetris sursum canaliculatis, spicis pedunculatis, sem. linearibus, involucro panicula uplo breviore. Roth. p. 95. Ejusd. Cat. 2. append. E. triquetrum. Hoppe. Hab. in Palatinatu et alpib. salisburgensib.

126. VAGINARIA. Spica ovata squamis undique imbricatis. *Stigm.* 3. Seminis involucellum (Perisporium) alternatim tripaleaceum et trisetum.

1. *Richardi*, Fuirena *scirpoidea*, culmo aphyllo vaginato, spica unica: squamis lanceolato-spathulatis. Michaux, Flor. p. 38. Hab. in Florida. *Obs.* Characteres hujus sequentiumque, ab eo constitutorum generum, concinnavit celeb. Richard.

127. FUIRENA. Squamæ mucronatæ in spiculas undique imbricatæ. *Sem.* involucellum latum, paleæforme, sæpius aristatum.

1. *umbellata*, umbellis compositis, spicis oblongis aggregatis sessilibus, fol. lanceolatis. Vahl. Eclog. Amer. 2. Rottb. gram. p. 70. t. 19. f. 3. F. *paniculata.* Lin. suppl. p. 105. Hab. in utraque India.

2. *obtusiflora*, umb. subcompositis, spic. cylindricis utrinque obtusis squarrosis. Vahl. l. c. In Amer. meridionali. Fol. glabra? An a sequente diversa?

3. *squarrosa*, fol. ciliatis, spic. squarrosis, squamis petiolato-spathulatis. Michaux. Flor. 1. p. 37-38. Hab. in Georgiae et Carolinae paludosis. Squamae mucrones longi strigoso-squarrosi.

4. *canescens*, subtomentoso-canescens; spicul. glomeratis, squamis mucrone erecto. Richard. Hab. in Africa.

128. HYPOLYTRUM. Spicula squamis undique imbricatis. *Sem.* involucellum glumam 3-4-valvem mentiens. *Stam.* 2-3. *Stigm.* 1-2.

1. *latifolium*, maximum glabrum, fol. latis trinerviis, corymbo decomposito. Hab. in India. Stam. 2. Rich.

2. *senegalense*, spicul. pluribus capitatim congestis, squamis subacuminatis. Hab. in Senegal. Stam. 2. Stigm. 3. Rich.

3. *gracile*, fol. angustis, caule debili, spicul. 3. sessilibus subgloboso-ovatis, squamis spathulatis. Richard. Stam. 1. Stigm. 2.

129. DIPLASIA. Spica squamis undique imbricatis. Involucellum glumam 4-valvem mentiens. *Stam.* 7. *Stigm.* 2.

1. *Karataefolia*, fol. longissimis carina margineque aculeatis, umb. decomposita. In Gujana. Fol. Bromeliae Karatas. Richard.

130. LEPIRONIA. Spicul. squamis orbiculatis cartilagineis. *Sem.* involucellum 16-paleaceum. *Stam.* 4-6.

1. *mucronata*. Hab. in Madagascar.

Aphylla. Culm. nodosus infra apicem 1-stachyus. Spica ovato-oblonga. Rich.

131. CHRYSITRIX. *Spica* imbricata squamis coriaceis setaceis. *Stam.* multa, inter singulas squamas singula.

1. *capensis*, Lin. fil. gen. gram. p. 27. f. 1. 2. Hab. ad. Cap. b. spei. Spica lateralis. An antecedens hujus generis?

** Gramina. *Flor. glumacei*, 3-*andri.*

Rad. fibrosa. *Culmi* ut plurimum fistulosi, articulati, simplices aut basi ramosi. *Fol.* linearia, vaginantia, vagina latere fissili, apice membrana albida distincta, quae *ligula* aut stipula nuncupatur. *Flor.* spicati, racemosi, plerumque paniculati, rarissime foliis involucrati (uti in priore familia); nonnulli saepius abortivi; alii polygami; pauci monoici. *Stam.* in plurimis tria (qualia gramina hac in serie solummodo enumerantur), in nonnullis sex (vid. Clas. Hexandriam), aut plura. *Styli* communiter duo, in quibusdam 1. plerumque tamen bifidus. In unico tantummodo gramine stigmata tria observata sunt. Glumae interiores in multis semen maturum incrustant et cum eo indurantur.

MONOGYNIA.

132. LYGEUM. Flores intra spatham convolutam gemini. *Cal.* basi in tubum 2-locularem villosum concrescens, 2-valvis.

1. *Spartum.* Lin. Willd. Sp. 1. p. 316. Richard in Act. Soc. Hist. nat. Paris. p. 28. t. 3. Hab. in Hispania. ♄. Flor omnium graminum maximi, interdum 3 intra involucrum. Styl. longus.

133. CORNUCOPIÆ. *Involucr.* cyathiforme. *Cal.* 1-phyllus, 2-partitus. *Cor.* 1-valvis, superne hinc fissa. *Styl.* brevis; *Stigm.* 2. (raro 1.) longissima. (Richard.)

1. *cucullatum*, spica mutica, involucro crenato. Lin. Smith spicil. bot. t. 14. Willd. l. c. p. 319. Hab. in Oriente. ⊙

2. *alopecuroides*, spica aristata. Lin. Mant. p. 29. Hab. in Italia. Similis Alopec. *pratensi*, vagina supremi fol. ventricosa. Involucr. hemisphaericum integerrimum. Lin.

134. CENCHRUS. Involucr. laciniatum, echinatum 3-4-florum. *Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Cor.* 2-valvis, mutica. *Styl.* 2-fidus.

1. *lappaceus*, paniculae patentis ramis simplicissimis, cor. retrorsum hispidis, cal. trivalvibus bifloris Lin. Willd. Spec. 1. p. 315. Hab. in India. Fol. cordato-lanceolata. Involucro o? Hujus generis non videtur. An Panicum?

2. *capitatus*, spica ovata simplici. Col. ecph. 1. p. 340 t. 338. f. 1. Barr. rar. t. 28. f. 1. *Echinaria* capitata. Desf. atl. 2. p. 385. Hab. in Gallia, Italia et Barbaria. ⊙

3. *echinatus*, spica oblonga conglomerata, involucr. subgloboso 10-partito. Schreb. gram. 9. t. 23. f. 1. Cav. ic. 5. p. 39. t. 462. Pluk. alm. 177. 1. 92. f. 3. Hab. in Americae et Barbar. arvis.

4. *tribuloides*, spica glomerata, glumis femineis globosis muricato-spinosis hirsutis. L. Michaux Fl. 1. p. 61. Sloan. jam. 30. hist. 1. p. 108. t. 65. f. 1. Moris. hist. 3. p. 193. s. 8. t. 5. f. 4. Hab. in Virginiae maritimis. ⊙

5. *caliculatus*, culm. simplici erecto, spica glomerata, involucro polyphyllo setaceo. Cav. l. c. t. 463. Hab. in Amicor. insula Babao. Fl. aestate. Involuc. foliola subduodecim setulis rigidis, tomentosa, apice glabra. C.

6. *spinifex*, culmo ramoso, fol. brevibus cordato-lanceolatis, involucr. integerrimo echinato. Cav. ic. 5. p. 38. t. 461. Hab. in regno chileusi, et in Montevideo. Flor. januario.

7. *rufescens*, fol. glabris, spica elongata, involucr. confertis setiformibus (rufescentib.) inferne villosis, cal. sub-2-floro. Desf. atl. 2. p. 388. Hab. in arenosis prope Mascar.

8. *hordeiformis*, fol. retrorsum asperis, involucr. setosis flore 4-plo longioribus, inferne (albis) villosis, cal. 1-2-floro. Desf. l. c. (C. *asperifolius*). Willd. sp. p. 318. Alopecurus hordeiformis. Lin. Hab. in Asia et Africa.

9. *geniculatus*, racemo spicato simplici, flor. involucro polyphyllo scabro, culmo geniculato. Thunb. prod. 24. Hab. ad Cap. b. spei.

10. *purpurascens*, racemo spicato simplici, flosculis circumvallatis aristis longissimis, culmo erecto. Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 329. Willd. l. c. In Japonia. Arist. purpureae.

11. *frutescens*, capit. lateralibus sessilibus, fol. mucronatis, caule fruticoso.

Hab. ad Cap. b. spei Cul. palmarcs. Fol. angusta subtus pilosa.

3. *punctatum*, panic. ramis simplicissimis, flor. alternis geminis secundis. Amoen. acad. 5. p. 392. Hab. in Jamaicae graminosis, udis.

4. *lentigerum*, panicula subspicata, flor. aristatis. Schreb. gram. 14. t. 23. f. 3. Vahl. symbol. 2. p. 18. Agrostis australis. Lin. Mant. 30. Gouan. hort. 39. t. 1. f. 2. Alopecurus ventricosus. Huds. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 6. Hab. Monspelii, in Anglia et Aegypto.

5. *compressum*, spicis subternis, flosc. alternis muticis rachi adpressis, culmo medio articulato-compresso, pedunc. longissimis. Swartz prod. 24. Fl. p. 183. Hab. in Jamaica et India occidentali. Sem. compressum. S. ♃

6. *digitatum*, spicis digitatis subquaternis subsessilib., flosc. muticis appressis secundis. fol. margine cartilagineo-serratis. Swartz. Flor. p. 181.

7. *cimicinum*, racemis digitatis, calyc. valv. exteriore ciliata. Mant. 184. Panicum Retz. Obs. 3. p. 9. Hab. in Malabaria. Flor. cum semine lapsi ob cilia cimicem quamdam referunt. Lam. enc 1. p. 59. n. 19. In Jamaica, pratis aridis. ⊙

8. *paniceum*, spicis subdigitatis alternis patentibus filiformibus; flosculis secundis muticis pedicellatis trigonis. Swartz Flor. p. 179. Hab. in Jamaica. Distinctum a M. cimicino. L.

9. *effusum*, flor. verticillato-paniculatis dispersis muticis. Lin. Flor. dan. t. 1143. Leers. 1. 8. f. 7. Hab. in nemoribus. ♃

10. *confertum*, asperum, panicula coarctata, flor. coloratis muticis. Mill. dict. n. 4. Hab. in Helvetia et Gallia. Distincta species.

11. *globosum*, panic. patula, glumis muticis, pedicellis cingulo luteo. Thunb. jap. p. 49. Hab. in Japonia.

12. *caerulescens*, flor. paniculatis aristatis, aristis gluma breviorib. Schousb. maroc. 1. p. 34. Desf. atlant. 1. p. 66. t. 12. In fissuris rupium Atlantis et circa urbem St. Crucis.

13. *paradoxum*, flor. paniculatis aristatis. Schreb. gram. t. 28. f. 2. Agrostis Sauv. Monsp. 45. Hab. in Gallia meridionali, Carniola. Panicula alba. Semen nigrum.

14. *villosum*, panicula laxa, flosc. muticis, calycibus lanatis. Swartz prod. 24. Andropogon insulare. Lin. Amoen. acad. 5. p. 412. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 43. t. 14. f. 2. Hab. in Jamaica. ⊙

15. *ramosum*, culmo ramoso, flor. paniculatis sublinatis hirsutis. Retz. obs. 6. p. 22. Hab. in India orientali.

146. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis, uniflorus, valv. acutis. *Cor.* 2-valvis. *Stigm.* longitudinaliter hispida, s. plumosa. (Flosc. patentes.)

* *Aristatae.*

1. *Spica venti*, petalo exteriore arista recta strirta longissima, panicula patula. L. Willd. Sp. 1. p. 361. Leers herb. t. 4. f. 1. Hab. inter segetes. ⊙

2. *interrupta*, petalo exteriore aristato, panic. attenuata coarctata interrupta. Vaill. 88. t. 71. f. 4. (bona.) Hab. in Europa australiori. Virescens. Aristae longiusculae.

3. *spicaeformis*, panic. spicaeformi, flosc. biaristatis: arista altera receptaculo inserta geniculata longiori, altera infra apicem corollae rectis, cor. hirtis. Lin. suppl. p. 108. Hab. in Teneriffa.

4. *hirsuta*, panic. subspicata, culmo foliisque hirsutis, cor. dorso aristatis, apice bifidis. Lin. suppl. 108. Cresc. cum. priore.

5. *miliacea*, petalo exteriori arista terminali recta mediocri, flor. ovatis laevibus. Gouan. illustr. 3. Hab. in Hispania, Gallia et Sibiria. ♃

6. *bromoides*, panic. simplici angustata, cor. pubescente: arista recta calyce longiore. Mant. 30. Gouan. illustr. 3. t. 1. f. 3. Hab. Monspelii. Cor. arista recta, scabra, calyce duplo triplove longior ut in Bromis. L.

7. *arundinacea*, panic. oblonga, petalo exteriore deorsum villoso, basi aristato, arista torta calyce longiore. Lin. Calamagrostis arundinacea. Roth. germ. 1. 33. II. 89. Hab. in rupestrib. sylvosis, glareosis iuniperetis. Pallescens. ♃

8. *Calamagrostis*, panic. incrassata, petalo exteriore toto lanato apice aristato, culmo ramoso. Hab. in Helvetiae, Veronae alpinis. Panic. densa.

9. *serotina*, panic. flosculis oblongis mucronatis, culmo obtecto fol. brevissimis. L. Mant. 30. Segu. ver. 3. p. 146. t. 3. f. 2. Hab. Veronae. Fol. brevia, vix articulis longiora, patentia.

10. *rubra*, panic. primo contracta: florente patentissima, petalo exteriore glabro. arista terminali tortili recurva.

Roth. germ. I. 31. II. 81. Hab. in Anglia, Suecia vulgaris. Panic. rubescens.

11. *stricta*, panic. elongata stricta, cor. calyce minoribus, arista e basi petali, tortili, flore longiore. Willd. Sp. 1. p. 366. Hab. in America boreali. Affinis praecedenti. Fol. plana angusta linearia. Ligula lacera. Cor. tenera membranacea. W.

12. *ovata*, petalo exteriore ante apicem aristato; panic. ovata coarctata spiciformi. Forst prod. n. 40. Hab. in nova Zeelandia.

13. *canina*, calycib. ovatis coloratis, arista dorsali recurva, culmis prostratis subramosis. Leers. t. 4. f. 2. Smith brit. 78. Hab. in pascuis graminosis. Arista setacea alba, medio notata geniculo fusco. L.

14. *alpina*, fol. setaceis, panicula coarctata, calycib. hispidiusculis coloratis: petalo exteriore truncato, arista dorsali geniculata. Leysser. halens. n. 67. ed. 2. p. 34. Scheuch. gram. prod. 22. t. 4. f. 1. Hab. in alpibus inque montibus Saxoniae. ⊙

15. *rupestris*, fol. filiformi – setacea, panicula patula, calycib. hispidiusculis patentibus coloratis, petalo exteriore arista dorsali geniculata flore duplo longiore. Willd. p. 368. Allion. pedem. n. 2161. Hab. in Helvetiae, Bohemiae, Italiae rupestrib. Flosculi stramineo-fusci nec violacei. W. ⊙

16. *setacea*, cal. lanceolatis, cor. basi aristata: arista geniculata, fol. radicalibus setaceis. Smith. brit. p. 79. Curt. Flor. lond. t. 12. Agr. alpina. Withering. Hab. in Angliae ericetis aridis. Fol. glaucescentia.

17. *littoralis*, cal. lineari - lanceolatis aristatis, cor. nuda, arista subterminali recta, culm. decumbentib. Smith. Fl. brit. 1. p. 78. Withering Flor. t. 23. Hab. in littoribus marinis lutosis. Flor. Augusto.

18. *compressa*, panic. coarctata, calycib. aequalibus laevib. cor. infra apicem brevissime aristatis. Willd. A. *dubia*, cal. aequalibus. laevib. cor. infra apicem mucronatis, fol. setaceis. Leers herb. t. 4. f. 4. Hab. in Germania.

19. *vinealis*, calycib. coloratis, petalor. arista dorsali longitudine fere calycis, culmis adscendentibus. Schreb. spicil. 57. n. 977. Hoffm. germ. 35. Hab. Lipsiae in agris, collib. passim. Var. flosc. muticis. Priori affinis ♃

β? *gigantea*, panic. parte superiore patentissima, calycibus hispidis, petalo teriore glabro, dorso superne subaristato, culmo erecto. Roth. Fl. germ. I. p. 31. Willd. l. c. Crescit ad ripas fluviorum. ♃

* * *Muticae*.

20. *capillaris*, panic. capillari patenta flexuosa, calycib. subulatis aequalibus glabris coloratis muticis. Smith. ic. ined. fasc. 3. p. 54. t. 54. Willd. l. c. Agrostis capillaris. Lin. Sp. plant. ed. 2. p. 93. Hab. in Lapponiae alpibus, etiam in Lusitania secundum Swartz in bot. Journ. 2. p. 22.

21. *vulgaris*, panic. patente, ramulis divaricatis capillarib., cal. aequalibus, petalo interiore duplo breviore retuso. Smith brit. 1. p. 79. Hoffm. germ. ed. 2. p. 36 A. *hispida*. Willd. Spec. 1. p. 370. Ag. *capillaris* Auctorum. Leers. t. 4. f. 3.

β. *pumila*. Lin., minor, culm. fasciculatis, sem. ustilagine corruptis inclusis. Lightf. Scot. ic. in titulo. v. 2.

γ. *sylvatica*, panic. coarctata, cal. aequalibus: virgineis cor. brevioribus, foecundatis (ustilago) duplo longioribus. Lin. vid. Steinbuch im Naturforscher (promtuarium germanic.) Fasc. p. 233. t. 5. Smith. l. c.

22. *stolonifera*, panic. coarctata, culm. ramoso repente, flor. congestis, cal. aequalibus lanceolatis pubescentibus. Smith. l. c. Martin Flor. rustica t. 120.

β? *coarctata*, panic. contracta, cal. subaequalibus, cor. brevioribus obtusis hispidulis: fol. angustis Hoffm. l. c. 37.

γ. *dulcis*, panic. densa brevinscula interrupta, flor. fasciculatis subsessilibus.

δ. *gracilis*, caespitosa, culm. gracili subdecumbente, panic. in spicam cylindricam coarctata, flosc. glabris subnitidis. Hab in arvis, pratis, sylvaticis, collibus. *Obs.* An recensitae varietates huc aut ad *albam* pertineant, aut distinctae species sint, determinare hactenus nequeo. var. γ sub nomine Agr. dulcis *Sibthorpiv* hinc inde colitur, etiam e Silesia habeo. In var. δ, quam circa Lugdunum Gallorum collegi, glumae glaberrimae sunt, sed pedicelli subincrassati hispiduli ut vere in A. *alba*.

23. *pyramidata*, panic. patente parva pyramidata, cal. cor. longioribus vaginis ore pilosis. Lam. Ill. gen. p. 161. Hab. in Amer. meridionali.

24. *barbata*, panic. contracta subspicata, cal. inaequalibus, vaginis barbatis. A. littoralis Lam. ill. p. 161. Hab. in Amer. meridional. Rich.

β. *senegalensis*, ramis panicula longioribus. Lam. l. c. In Senegal.

25. *alba*, panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente.

α. *palustris*, panic. coarctata mutica, cal. aequalibus hispidiusculis, culm. repente. Huds. angl. 27. Flor. opaci subpurpurasc. demum pallescunt.

β. *verticillata*, panic. subinterrupta, flor. fasciculatis subsessilibus nitidis, glum. muticis. Villars Dauph. 2. p. 74. Flor. virescunt. Caeteris specieb. europaeis major. Hab. in pratis humidis.

26. *diandra*, panic. elongata contracta, floribus subulatis muticis diandris, foliis convolutis. Retz. obs. 5. p. 19. Hab. in India.

27. *ciliata*, panicula mutica, gluma calycina angulata ciliata. Thunb. jap. 49. Hab. in Japonia.

28. *capensis*, panicula spicata cylindrica mutica, culmo nutante. Willd. A. spicata. Thunb. prod. 19. Hab. ad Cap. b. spei.

29. *pungens*, panic. contracta spicaeformi, fol. involutis rigidis pungentib. superioribus oblique oppositis, culmo ramoso. Schreb. gram. 2. p. 46. t. 27. f. 3. Lam. enc. 1. p. 59 A. Virginica Lin. Willd. sp. 1. p. 373. Hab. in maritimis Hispaniae, Galliae australis, etiam in America, Africa et Orienta. ♃

30. *spicata*, panic. spicata, fol. involutis rigidis, in geniculis coacervatis, ramis infractis. Vahl. symbol 1. p. 9. A. virginica sarmentis repentibus fol. convolutis ciliatis. Forsk. descript. p. 20. Hab. in Arabiae desertis. ♃

31. *maritima*, panic. spicata, ramulis brevissimis, cal. muticis laevibus aequalib. fol. involutis. Lam. ill. p. 161. enc. 1. p. 61. In arenosis maritimis prope Narbonne. Spic. fere ut in Poa cristata L. Hab. in desertis arenosis Arabiae. ♄

32. *mexicana*, panicula oblonga congesta, cal. corollisque acuminatis subaequalib. muticis, radice tuberosa. Hab. in America calidiore. Corollae basi pilosae. Aristae nullae. Facies Cinnae. ♃

33. *coromandelina*, panic. ovata patente, pedunc. simplicibus, flor. secundis muticis, cal. aequalib. acutis nitidis. Retz. obs. 4. p. 19. Vahl. symbol. 1. p. 10. Hab. in aridis duris Malabariae, Arabiae.

34. *tenacissima*, panic. contractata filiformi, flor. muticis linearibus valvulis parallelis. Lin. suppl. 107. Hab. in India orientali. Radix dura caespitosa, culmis pluribus. Panic. filiformis, floribus adpressis.

35. *purpurascens*, panic. coarctata elongata, ramis adpressis erectis, flosc. inaequalibus acuminatis. Swartz prod. 25. et Flor. p. 185. Hab. in Jamaica. Facie Airae *caespitosae*. Sw. Sequenti affinis.

36. *indica*, panic. contracta spicaeformi longissima, fol. vaginantibus spicam subaequantib. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 115. t. 73. f. 1. A. elongata. Lam. ill. p. 162. Hab. in Indiae occidentalis subhumidis. Panic. oblonga viridis e racemis lateralib. alternis, rachi approximatis. Lin.

37. *procera*, panic. pedunculis racemosis erectiusculis, flor. hirsutis muticis lanceolatis. Retz. obs. 4. p. 19. Hab. in graminosis subhumidis Malabariae.

38. *linearis*, spic. subquaternis digitatis, flosc. unilateralibus alternis adpressis muticis. Retz. obs. 4. p. 19. Hab. in India ad vias tempore pulvioso.

39. *lenta*, spic. subternis umbellatis, flosc. muticis oblongis acutis, valvulis cal. subaequalibus, fol. vaginisque glabris. Ait. Kew. 1. p. 56. Hab. in India. ⊙

40. *stellata*, spic. quaternis umbellatis, flosc. muticis ovatis compressis, valvulis cal. inaequalibus, fol. vaginisque glabris. Willd. p. 376. Hab. in Insula St. Helenae. Spicae quaternae basi folio involutae. W.

147. STURMIA. *Cal.* 2-valvis: valv. aequalibus truncatis. *Cor.* minor, 2-valvis ovata. lanuginosa, mutica. (Spica filiformis, flor. alternis sessilibus.)

1. *verna*. Agrostis *minima*. L. Willd. Spec. 1. p. 372. Hoppe in Sturm. Flor. germ. icon. Hab. in Europ. australis agris, ruderatis; Vere.

148. AIRA. *Cal.* nitens, 2-valvis, 2-florus. *Cor.* 2-valvis, mutica aut basi aristata.

* *Muticae.*

1. *arundinacea*, panicula oblonga secunda mutica imbricata, foliis planis. Sp. pl. 95. Willd. Sp. 1. p. 376. Hab. in Oriente.

2. *minuta*, panicula laxa subfastigiata ramosissima, flosc. muticis. Loefl. it 117. Schreb. gram. t. 21. f. 2. Hab. in Hisp.

3. *aquatica*, panic. patente, flor. mutiais laciuiis cal. longiorib., fol. planis L. Poa airoi es. Koeler. Vall. paris. 89. t. 17. f. 7. *Obs.* An ob affinitatem cum Poa distante ad Poas amandanda? Hab. in aquosis.

4. *caerulea*, panicul. coarctata, flor. conico-cylindricis. Melica. Lin. Leers. t. 4. f. 7. Molinia caerulea. Koeler gram. p. 145. Hab. in pratis, pascuis sylvisque udis. Habitus arundinaceus, var. praesertim major sylvatica. Culm. fere enodus. Forte distincti generis. Interdum flosc. incompleti rudimentum adest.

5. *melicoides*, panic. subracematim coarctata, flor. majusculis lineari-lanceolatis muticis basi villosis: rudimento flosculi pedicellato. Michaux l. c. Hab. in Canada.

Obs. Ex secundi flosculi basi nascitur pedicellus elongatus villosus floris rudimento vix perceptibili terminatus Mich. l. c.

6. *obtusata*, panic. oblonga racemosa, fol. angustis, cal. valv. altera lineari; altera obovali, flor. muticis apice compressis, Michaux Flor. p. 62. Hab. in Carolinae aridis.

7. *involucrata*, panic. patente, basi setaceo-involucrata, flor. muticis longitudine cal., fol. convolutis. Willd. l. c. Cavan. ic. 1. p. 33. n. 48. tab. 44. f. 1. Hab. in collibus sterilibus Hispaniae. ⊙

** *Aristatae.*

8. *subspicata*, fol. planis, panic. spicata flosc. medio aristatis: arista reflexa laviore. Lin. Planta adhuc dubia, forte Köeleriae generis? Hab. in Helvetiae, Lapponiae alpibus. ♃

9. *cespitosa*, fol. planis nervosis, panic. patente, petalis basi villosis aristatisque: arista recta brevi. Lin. Leers t. 4. f. 8. Hab. in Europae pratis. Panic. nitens. Fol. scabra, plicata. ♃

10. *ambigua*, fol. subsetaceis, panic. ampla pyramidata, glum. flavescentibus, petalis basi breviaristatis villosisque. Mich. p. 61. Hab. circa lacus Mistassins.

11. *flexuosa*, fol. setaceis, culmis subnudis, panic. divaricata, pedunc. flexuosis L. Flor. dan. 157. Leers. t. 5. f. 1. Scheuch. gram. t. 6. f. 1. Hab. in arenosis.

12. *montana*. fol. setaceis, panic. coarctata flosc. basi pilosis aristatis: arista tortili longiore. Leers t. 5. f. 2. Hab. in montosis. An prioris junior planta?

13. *alpina*, fol. subulatis, panic. densa flosc. basi pilosis aristatis: arista brevi. Scheuch. gram. 222. Hab. in alpibus.

14. *antarctica*, fol. planis, panic. composita patente, calycib. trifloris, flosc. medio aristatis, arista elongata rectiuscula. Forst. prod. 41. Hab. in Nova Zeelandia. An Avena?

15. *canescens*, fol. setaceis: summo spathaceo paniculam inferne involvente, aristis clavatis cal. brevioribus. Hab. in arenosis, Panicula deflorata e vagina exit. Fol. glauca.

16. *articulata*, paniculata, cal. flosculo longiore acuto, arista clavata medio nodosa e basi glumae prodeunte. Desf. Atl. 1. p. 70. t. 13. Prope Mascar in arvis. Fol. glauca lata: spica convoluta. D.

17. *chinensis*, fol. setaceis, panicula erecta, flosc. aristatis villosis. Retz. obs. 3. p. 10. Hab. in China.

18. *praecox*, fol. setaceis: vaginis angulatis, flor. subspic. flosculis basi aristatis. Flor. dan. t. 383. Smith angl. 1. p. 87. Hab. in campis arenosis et sylvaticis. Flosc. basi nudis, dorso aristatis. Smith.

19. *caryophyllea*, fol. setaceis, panic. divaricata trichotoma, flor. aristatis distantibus. Leers t. 7. f. 7. Hall. helv. n. 1482. Hab. in Angliae, Germaniae, Galliae glareosis. ⊙

20. *setacea*, fol. setaceis, panic. diffusa, flosc. basi pilosis: inferiore mutico, superiore arista brevi. Retz. obs. 3. p. 10.

149. MELICA. Panic. spicæ aut racemiformis. *Cal.* coloratus, 2-valvis, 2-florus: glum. laxæ, obtusæ membranaceæ, inæquales. *Cor.* 2-valvis, ventricosa, minor. Rudim. floris.

1. *ciliata*, spicata, flosculi inferioris petalo ciliato L. Hab. in collibus sterilib. saxosis. Pallescens. ♃

2. *decumbens*, corol. hirsutis, flore racemosis nutantibus, culmo decumbente. Thunb. prod. 21. Ad cap. B. Sp.

3. *racemosa*, corol. hirtis, racemis cernuis, culmo erecto. Thunb. prod. 21.

4. *nutans*, cal. bifloro, petalis imberbibus, panicula nutante simplici. Schreb. gram. 62 t. 6. f. 2. M. montana. Lam. enc. Hab. in Europae frigidioris sylvaticis montosis. Flor. subsecundi majusculi pedicellis breviusculis. Cor. subsulcata. Cum sequente ut plurimum confunditur.

5. *uniflora*, panic. suberecta divisa cal. unifloro. Retz. obs. 1. p. 10. Willd. Spec. 1. p. 383. M. Lobelii, panic. ramosa, fol. vaginis acuminata oppositifolia, radice repente. Villars delph. 2. p. 90. t. 3. f. 3. Passim cum priore, cui similis. ♃

6. *minuta*, culmo ramoso, fol. setaceis, petalis imberbibus. Lin. Mant. 32. Hab. in Italia. Racemi simplices, capillares, pauciflori. Cal. bivalvis ovatus, flosculis dimidio brevior. Planta dubia.

7. *setacea*, flor. racemosis, fol. setaceis subdistichis, petalis subbarbatis. Hab. in Gallia prope Beaucaire. Fol. laevia.

8. *aspera*, fol. angustis conniventibus, panic. patente pyramidata, glumis imberbibus. Desf. Atl. 1. p. 71. Barrel. t. 95. f. 1. Hab. in fissuris rupium in Atlante. Vag. striata. Flor. racemosi, unilaterales. Cal. 3-florus. Desf.

9. *pyramidalis*, panic. patente pyramidata, glumis variis, fol. latiusculis subconvolutis. Lam. ill. p. 179. Morison sec. 8. t. 7. f. 1. Hab. in Barbaria, et Europa australi. B. Cor. subvillosis. Gmel. sib. 1. t. 19. f. 1.

10. *laxiflora*, panic. ramis divaricatis capillarib. multifloris, cor. altera ciliata. Cav. ic. 5. p. 48. t. 473. f. 2. Hab. in regno Chilensi.

11. *glabra*, tota glabra. panic. erecta laxa: ramulis simplicibus pauciflorls, flor. glumi. imberbibus. Michaux Flor. p. 62. Moris. hist. 3. s. 8. t. 7. f. 51. In Virginia et Florida.

12. *papilionacea*, calycis valvula inferiore maxima colorata, petalo exteriore subciliato. L. Mant. 11. in brasiliana. Ard. spec. 2. p. 17. t. 6. f. 1. 2. Hab. in Brasilia. Forte una ex sequentibus huc pertinet.

13. *aurantiaca*, panic. subspicata, cal. valvula exteriore maxima aurantia. Cav. ic. 5. p. p. 46. t. 472. f. 1. Lam. enc. 4. p. 70. Hab. in viciniis Montevideo in Amer. Fol. subvillosa.

14. *violacea*, panic. subspicata secunda, cor. violaceis ciliatis, calyc. valvula exteriore argentea apice denticulata. Cav. l. c. Hab. in regno Chilensi. Priori affinis.

15. *rigida*, panic. subspicata secunda: cal. corollis aequali: harum valv. altera ciliata. Cav. ic. 5. p. 47. t. 472. f. 1. Cresc. in Montevideo. Fol. superioris vagina spathaeformis; ligula multifida. Cav.

16. *altissima*, panic. coarctata spicaeformi, petal. imberbibus. Willd. spec. p. 385. Gmel. sibir. 1. p. 98. t. 20 Hab. in Sibiria. Flosc. majusculi oblongi pallidi.

β. *interrupta*, spica elongata interrupta flosculis oblongis linearibus coloratis imberbibus. In hortis subinde colitur.

150. HOLCUS. Flor. (polygami) paniculati. *Cal.* 2-florus, 2-valvis, (opacus, nervosus). *Cor.* minor: valv. altera aristata. *Nectar.* lineare, 2-partitum. *Stigm.* subsessilia.

1. *lanatus*, glumis villosis mucronatis, flor. masculi arista incurva, fol. vagina tumida villosa. Lin. Leers t. 7. f. 6. Schreb. gram. t. 20 f. 1. Hab. ubique in pratis. Rad. fibrosa. Glumae calycinae mucrone longiusculo distinctae.

2. *mollis*, subglabra, rad. repente, glum. nudiusculis, arista geniculata exserta. Lin. Smith. angl. 1. p. 89. Schreb. l. c. f. 2. Curt. Lond. ic. Hab. in arvis et nemorosis. Panic. subflavescens demum. Flor. omnes hermaphroditi.

Obs. Reliquas Linnaei species, quarum descriptiones vide apud Reichard, Syst. pl. 4. p. 307-309, omisi, cum nesciam an jure sub hoc militent genere: forte pleraeque Airae sunt. *Sorghi* species vide infra.

151. PHALARIS. *Cal.* 1-florus, 2-valvis: valvulis subovatis dorso membranaceo-carinatis, aut lanceolatis, aequalibus, nervosis. *Cor.* inclusa, 2-valvis, basi pilosa (saepius.)

1. *arundinacea*, panicula oblonga ventricosa coarctata, glumis acuminatis. Lin. Arundo colorata. Aiton. Willd. Spec. 1. p. 457. Hab. in pratis humidis et ad ripas. In hortis colitur var. fol. lineis albis pictis. Semina nitida. Holcum refert.

2. *canariensis*, panic. spiciformi ovata, glumis calycinis navicularibus integris, cor. 4-valvi: valvulis exterioribus lanceolatis glabris, interioribus villosis. Act Kew. 1. p. 85. Willd. Sp. 1. p. 326. Schreb. t. 10 f. 2. Hab. in Canariis inter segetes, hinc inde in Europa colitur. ⊙

3. *aquatica*, spica cylindrica glum. navicularibus denticulatis, cor. 3-valvi: valvulis interiorib. villosis: exteriore minuta subulata Act. l. c. p. 86. Ph. *minor.* Retz Obs. 3. p. 8. Barr. rar. t. 700. f. 1. Hab. in Aegypto et ad Tiberim.

4. *sativa*, spica cylindrica, glumis ca-

rinatis glabris margine membranaceis. P. *Bellardi*. Willd. in N. Act. berol. v. 3. β P. *Bulbosa*. Lin. Hab. in Italia, Oriente et etiam his in locis quasi sponte. Pro avicularum canariensium nutrimento in nonnullis regionibus colitur, et in Europam deportatur, cfr. Desf. Atl. 1. p. Rad. in paucissimis bulbosa seu fibrosa.

5. *tuberosa*, spica mutica subcylindrica glumis apice crenatis, culmo basi globoso-tuberoso. Ph. *bulbosa*. Cav. ic. 1. p. 46. t. 64. Hab. in Hispania. Culm. basi bulbis saepe tribus globosis, concatenatis. C.

6. *capensis*, panic. spicata ovata, glum. integris, culmo geniculato decumbente. Thunb. prod. 19. Hab. in Cap. b. spei.

7. *arenaria*, spica obovata, glumis cal. integerrimis ciliatis, vagin. ventricosa. Phleum spica ovata ciliata, caule ramoso. Lin. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 8. Crypsis. Desf. Atlant. 1. p. 61. Hab. in Europae et Barbar. arenosis. Cal. cor. multo major: glumis lanceolatis. ⊙

8. *alpina*, panic. cylindrica spiciformi, glumis calycinis mucronatis carinatis, dorso ciliatis. Willd. l. c. Hab. in alpibus.

9. *paradoxa*, panic. mutica oblonga spiciformi, glumis calycinis navicularibus unidentatis, corolla bivalvi glabra, flosc. infimis praemorsis. Ait. l. c. Linn. fil. dec. 35. t. 18. Schreb. gram. t. 12. Ph. praemorsa. Lam. ill. p. 164. Hab. in Oriente et Lusitania.

10. *erucaeformis*, panicul. secunda lineari, cal. 1-2 floris Lin. Cynosurus erucaeformis. Ait. Willd. Sp. 1. p. 412. Barr. rar. t. 29. Gmel. sib. 1. t. 29. Hab. in Europa australi, Sibiria et ad fretum Hudsonis.

11. *villosa*, panic. multiflora stricta, flor. obovatis villosis. Michaux Flor. p. 43. In sylvis Carolinae. Habitu recedit.

152. CRYPSIS, *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 2-valvis, longior. *Stam.* 2-3. Spica folior. vagina involucrata; seu flor. in capitulum foliatum congestis.

1. *aculeata*, caule ramosissimo, spic. capitato-hemisphaericis, fol. vaginantibus brevibus pungentibus cinctis. Willd. Spec. p. 158. Lam. ill. gen. 1. p. 166. t. 42. f. 2. Anthoxant. aculeatum. L. Moris. hist. 3. p. 195. s. 8. t. 5. f. 3. Hab. in Europae australis locis petrosis glareosis, etiam in Barbaria. ⊙

2. *Schoenoides*, spic. ovatis vagina foliacea cinctis, caul. ramoso procumbente. Lam. l. c. f. 1. Phleum schoenoides. L. Jacq. Fl. austr. app. t. 7. Spartina phleoides. Roth N. Bot. Beytr. 3. p. 101. Hab. in Italia, Gall. australi, Hisp. et Smyrnaa Antecedente dimidio fere major. ♂

153. PHLEUM. *Cal.* (induratus) 2-valvis: valv. linearibus, apice retuso seu carina prominente utrinque bicuspidato. *Cor.* inclusa. (Flor. spicati.)

* *Spica composita.*

1. *Phalaris*, spica composita cylindrica, glumis ciliatis carinatis mollioribus. Phalaris *phleoides* L. Flor. dan. t. 531. Engl. bot. t. 459. Hab. in versuris egrorum. Cal. minus retuso et teneriore Phalaridi affinc. ⊙

2. *asperum*, spica composita cylindrica, cal. gibbo aspero. Viliars dauph. 2. p. 61. t. 2. f. 4. Ph. *viride*. Allioni. Phalaris. Retz. Willd. Sp. 1. p. 328. Hab. in Europa australi. Cal. subcartilagineus, fere glaber. ⊙

3. *dentatum*, spic. subpaniculata cylindrica, glumis serratis, culm. geniculato. Thunb. prod. p. 19. Lin. suppl. p. 106. sub Phalar. Hab. ad Cap. b. spei. Glum. carina cartilaginea dentata: dentib. globosis. ⊙

** *Spica simplice.*

4. *pratense*, spica cylindrica ciliata elongata, culmo erecto. Lin. Leers. Herb. t. 3. f. 1. Schreb. gram. t. 14. Hab. in pratis, ad versuras. ♃

5. *alpinum*, spica villosa ovato-cylindracea. L. P. spicis ovatis hirsutis, locustis longe bicornibus. Hall. helv. n. 1529. Hab. in alpibus. Spica nigrescens s. atro-purpurascens.

6. *Gerardi*, spica subrotunda, glumis ciliatis, culmo simplici, vaginis ventricosis. Gerard prov. 78. n. 4. Jacq. ic. rar. 2. t. 301. Hab. in summis alpibus Europae austral. Stylus unicus? cfr. Jacq. ic. 301

7. *nodosum*, spica subcylindrica parva, culm. adscendente, fol. obliquis radice bulbosa. Flor. dan. t. 380. Leers t. 3. f. 2. Gram. nodosum, spica parva, Bauh. Hab. in collib. graminosis. Spica glabra.

154. ALOPECURUS. Spica. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 1-valvis, basi aristata, aut mutica.

1. *bulbosus*, culmo erecto, spica cylindrica, radice bulbosa. Gouan. monsp. 37. Willd. Sp. 1. p. 356. A culmo erecto,

spica simplicissima attenuata, glum. calycinis distinctis (nec basi connatis.) Smith Flor. brit. 1. p. 73. Barr. ic. 699. f. 1. Hab. in Galliae, Angliae pratis. ♃

2. *pratensis*, culmo erecto, glumis villosis, cor. muticis. Hab. in Europae pratis. ♃

3. *capensis*, spica cylindrica, glumis glabris muticis. Thunb. prod. 19. Hab. ad Cap. b. spei.

4. *antarcticus*, culm. erecto, spica ovata, glumis hirsutis, cor. aristatis: aristis cal. longioribus. Vahl. symbol. 2. p. 18. Hab. ad fretum Magellanicum.

5. *agrestis*, culm. erecto, spica cylindrica (purpurascente) glum. laevib. Leers t. 2. f. 5. Schreb. gram. 140. t. 19. f. 2. Hab. in agris. ♃

6. *subaristatus*, culm. erecto, glumis ovalibus obtusis, arista vix exerta. Mich. Flor. amer. 1. p. 43. Hab. in Canadae paludosis.

7. *geniculatus*, culm. spicato infracto, cor. muticis. Leers t. 2. f. 7. Roth. germ. 2. p. 78. Hab. in uliginosis ♃

8. *echinatus*, panic. spicata ovata, glum. punctatis ciliatis, culmo geniculato. Thunb. prod. 19. Hab. in Cap. b. spei.

9. *utriculata*, spica ovata, valv. calycinis compressis subcallosis, carina pilosis, arista articulata, fol. vag. superne utriculata. Phalaris utriculata. Lin. Scop. delic. insubr. t. 12. Tozzettia pratensis. Savi in act. ital. v. 8. p. 477. Hab. in Anglia; praesertim vero in Italia in pratis Mediolanensib. et Ticinensibus quae Marzitae vocantur. Scop. An distincti generis cum sequente?

10. *ventricosa*, elongata, spica cylindrica, glumis villosis, cor. aristatis, vagina ventricosa. Hab. in Gallia. Phal. *utriculata* quorumdam. Cor. uniglumis uti in priore. A. *pratensi* affinis.

155. POLYPOGON. *Cal.* 2-valvis, aristatus, uniflorus. *Cor.* 2-valvis: valvula exteriore aristata.

1. *monspeliense*, (*crinitum*), panicula coarctata subspicata, calycib. subpubescentibus margine ciliatis. Willd. in Act. nov. Soc. Nat. Berolin. vol. 3. Desf. atl. 1. p. 67. Alopecurus Lin. Phleum crinitum. Schreb. gram. t. 20. f. 3. Smith. Flor. brit. 1. p. 71. β. *paniceum*. Alop. *paniceus*, minor, glumis villosis Lin. syst. veg. Barrel Ic. t. 115. f. 1. Hab. in Galliae et Angliae maritimis.

2. *maritimum*, panicula coarctata subspicata ovata, cal. hirsutis margine ciliatis, culmo geniculato. Willd. l. c. Hab. ad oras maris circa Rochelle. Bompland.

3. *vaginatum*, panic. coarctata subspicata ovata, val. villosis, vaginis inflatis. Willd. l. c. Alopecurus. Pallas in Nov. Act. Petropol. 10. p. 304. Cresc. in Tauria, locis siccis.

4. *fasciculatum*, panic. subracemosa, cal. valvula exteriore longissime aristata, interiore mucronata. Willd. l. c. (P. *subspicatum*). Cinacurus fasciculatus. Link in Schrad. Bot. Journ. 1799. 2. p. 313. Crescit in Estremadura Hispaniae, in agris.

156. CHRYSURUS. Flor. spicato-racemosi. Spiculae biformes: *steriles* pendulæ muticæ multivalves ad basin fertilium involucrum mentientes; *fertilium Cal.* 2-valvis, 2-3-florus. *Cor.* 2-valvis: valvula exteriore longe aristata.

1. *Cynosuroides*. Cynosurus aureus. Lin. Willd. 1. p. 418. Koeler gram. p. 377. Barr. rar. t. 4. Hab. in Europa australi ad rupes, Barbaria et in Oriente. Spic. densa, flavo-virens.

157. PANICUM. Inflorescentia varia. *Cor.* 3-valvis: valvula tertia dorsali minima. *Cor.* 2-valvis.

* *Spicata.*

1. *polystachyon*, spicis teretibus, involucellis unifloris fasciculato-setosis, culmis erectis superne ramosis. Lin. Willd. Sp. p. 333. Hab. in India et Aegypto. P. *glauco* similis. Stigm. sanguinea. ♂

2. *purpureum*, spic. tereti, involucr. 1-2-setis inaequalib. flosculo majoribus 1-floris, culmo tereti ramoso. Flor. Per. 1. p. 48. Hab. in praeruptis Tarmae. Stigm. plumos., purpureum.

3. *sericeum*, spica tereti, involuc. setaceis villosis unifloris longitudine flosculorum, fol. planis. Ait. Kew. 1. p. 88. In Ind. occidentali. ⊙

4. *verticillatum*, spica verticillata, racemulis quaternis, involuc. unifloris bisetis, culm. diffusis L. Roth. germ. 2. p. 69. Curt. Lond. ic. Hab. in Europa australi et Oriente. ⊙

5. *helvolum*,

5. *helvolum*, spica tereti, involucellis unifloris fasciculato-setosis, seminibus nervosis. Lin. suppl. 107. Hab. in India orientali. Simillimum P. glauco. Culm. sexpedalis, ramosus. Folia versus basin pilis albis, patentibus. ⊙

6. *glaucum*, culm. basi decumbente, spica subovata tereti, involuc. bifloris fasciculato-pilosis, seminibus undulato-rugosis. Leers. t. 2. f. 2. Schreb. gram. t. 25. β. *elongatum*, culm. longiore erecto. Hab. in agris post messem frequens; etiam in India. β. ex America. Pedunc. sulcatus, spica lutescens. ⊙

7. *viride*, spica cylindrica, involucellis bifloris fasciculato-pilosis, seminibus nervosis. Leers t. 2. f. 2. Flor. dan. t. 852. Cum priore.

8. *germanicum*, spica composita coarctata, spiculis glomeratis, involucellis setaceis flore longioribus, rachi hirsuta. Willd. spica composita ovata, setis brevioribus, pedunculo hirsuto. Roth. germ. I. p. 27. II. p. 71. Hab. in Europa australi. ⊙

9. *italicum*, spica composita basi interrupta nutante, spiculis glomeratis, involucellis setaceis, flore multo longioribus, rachi tomentosa. Willd. Sp. 1. p. 336. Rumph. amb. 5. t. 75. f. 2. Hab. in Indiis et Europ. australi.

10. *setosum*, spica composita, spiculis paniculato-fasciculatis, setis flosculis immixtis longissimis, pedunculis subglabris. Swartz prod. 22. Flor. ind. occid. p. 139. Hab. in Jamaicae montosis fruticetis.

11. *lanceolatum*, spic. alternis, calyc. valvula extima ciliata aristata, fol. lanceol. Retz. obs. 5. p. 17. Hab. in India.

12. *stagninum*, spic. secundis alternis, calycib. bifloris aristatis hispidis. Retz. obs. 5. p. 17. Hab. in stagnis Indiae orientalis.

13. *Crus corvi*, spic. alternis secundis spiculis subdivisis, glumis subaristatis hispidis, rachi trigona. Sp. plant. 84. Hab. in Indiis. Sequente tenerius. Aristae longae.

14. *Crus galli*, spic. alternis conjugatisque secundis; spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, rachi quinquangulari. Leers herborn. n. 41. t. 2. f. 3. Curt. lond. ic. Hab. in Europae, et Virginiae cultis. Var. aristis subnullis. ⊙

15. *muricatum*, humifusum, glumis turgidis, muricato-hispidis. Michaux Flor. p. 47. Hab. in Canada ad ripas. Cenchrum refert.

16. *setigerum*, spic. remotis, flosc. secundis, racheos dentibus setigeris. Hab. in China.

17. *colonum*, spic. alternis secundis muticis ovatis scabris, rachi teretiuscula. Lin. Vahl. symbol. 1. p. 9. Pluck. alm. 174. t. 189. f. 5. Ehret. pict. t. 5. f. 3. Hab in Indiae cultis. Spiculae subsessiles absque fasciculis pilosis. ⊙

18. *fluitans*, spic. alternis sessilibus secundis, valv. calycina tertia minuta. Willd. Sp. p. 338. Retz obs. 3. p. 8. et 5. p. 13. Vahl. symbol. 1. p. 8. Pluk. Am. 110. t. 417. f. 7. In Madagascar, Arabia, India.

19. *brizoides*, spic. alternis sessilibus secundis, valv. calycinis binis corolla multo brevioribus retusis tertia longitudine corollae. Willd. l. c. Retz. obs. 5. p. 18. Pluck. alm. 174. t. 191. f. 1. Hab. in India. Obs. An. cum priore potius ad Digitarias pertinet?

20. *paspalodes*, spic. alternis muticis appressis sessilibus, glum. ovatis mucronatis glaberrimis. Pan. Brizoides. Lam. l. c. Hab. in India.

21. *granulare*, spic. alternis muticis, erectis sessilibus, glum. laevibus subglobosis, culm. ramoso. Lam. ill. gen. p. 170. Hab. in Insula Franciae.

22. *flavidum*, culm. folioso, spicul. remotis sessilibus appressis secundis paucifloris. Retz. obs. 4. p. 15. Hab. in Zeylona Antecedenti affine.

23. *dimidiatum*, spic. dimidiato-secunda, spiculis quinquefloris, rachi excavatae alterne appressis. Retz. obs. 6. p. 23. Lin. Syst. veg. 13. p. 90. Burm. ind. 25. t. 8. f. 5. Hab. in India. Spiculae flosculis 5 1 cal. singuli flosculi lanceolatus 1 valvula extima minuta obtusa L.

24. *pilosum*, spic. paniculatis alternis secundis, spiculis geminis, altero minore, acuminatis laevibus, rachi compressa pilosa, culmo divaricato geniculato. Swartz, prod. 22. Ej. Flor. p. 141. In Jamaicae pascuis sylvosis.

25. *molle*, spic. paniculatis alternis secundis patentibus, spiculis approximatis pedicellatis secundis muticis, culm. adscendente, fol. villosis. Swartz. flor. p. 143. In pratis Jamaicae fertiliorib. Culmi quasi succulenti. Sw.

26. *fasciculatum*, spic. paniculatis alternis erectis subfastigiatis, spiculis secundis subrotundis. Swartz. prod. 22. Ej. Flor. p. 145. Hab. in Jamaica, gramin. depressis

*** *Culmo triquetro, panicula nuda.*

52. *trispicatus*, culm. angulato nudo, spicis terminalibus ternis sessilibus nudis. Lin. suppl. 103. Thunb. prod. 17. Hab. ad Cap. b. spei. Folia vix ulla, nisi squamae ferrugineae radicales. Involucrum polyphyllum, foliis subulatis brevissimis.

53. *lateralis*, culm. triquetris nudis, spicis subternis lateralibus, involuero monophyllo brevi. Retz. obs. 4. p. 12. et 5. p. 16. Hab. in Zeylona.

54. *triqueter*, culm. triquetro nudo, spicis lateralib. subsessilibus pedunculatisque, mucronem rectum aequantibus. Lin. Mant. 29. Willd. Sp. p. 302.

α. S. *trigonus*, culm. trigono nudo, spicis lateralib. ovatis fasciculatis sessilib. pedunculatisque, mucrone erecto. Roth. Beyträge 2. P. 90. S. *triqueter* Lin. Willd. Sp. pl. 1. p. 302. Hab. in Europa australi ad paludes. Gluma calycina corollas aequans. Roth.

β. S. *triqueter* (triangularis), culm. triquetro nudo, spicis lateralib. sessilib. ovali-acuminatis, mucrone erecto Roth. l. c. p. 91. S. *mucronatus*. Roth. Flor. germ. Pollich. Cres. cum priore. Spicae duplo acutiores quam praecedentis. Gluma corollis duplo fere major. Roth.

55. *mucronatus* (*tricarinatus*), culm. triangulo acuminato, spic. lateralib. ovatis sessilib. mucrone horizontali. Roth. l. c. Willd. Sp. l. c. Hab. rarius in stagnis. Omnib. in partibus crassior a antecedentibus. Caul. mollis, semen nigrum. Micheli gen. p. 47.

56. *americanus*, culm. acute triquetro nudo, spiculis sessilibus conglomeratis, oblongo-ovatis mucrone brevioribus. S. *triqueter*. Michaux Flora 1. p. 30. Hab. in Carolina inferiore. Ab Europaeo diversus videtur. Spiculae majores.

57. *dichotomus*, culm. triquetro nudo, umbella decomposita, spicis ovatis, dichotomiae sessilib. L. Flor. zeyl. 40. Rottb. Pluk. alm. 170. t. 119. f. 3. Hab. in India, Arabia et Aegypto.

58. *annuus*, culmo triquetro nudo multifloro, involucro diphyllo, umbel. simplici spicis solitariis peduncul. intermedia sessili Allion. Pedem. 2. p. 277. t. 88. f. 5. Deslont. Atl. 1. p. 51. Hab. in Helvetia, Pedemontano et Barbariae agris. Culm. plures ex una radice. Spic. ovato-acuminatae, unica in centro umb. sedet. A.

59. *echinatus*, culm. triquetro nudo, umb. simplici, spicis ovatis. Fl. zeyl. 38. Pluk. alm. 179. t. 91. f. 4. Hab. in India utraque.

60. *retrofractus*, culm. triquetro, umb. simplici; spicarum flosculis retrofractis. Sp. pl. Pluk. phyt. 415. f. 4. In Virginia. ♃

61. *ferrugineus*, culm. triquetro subnudo, involucris longitudine paniculae ciliatis. Willd. Sp. 1. p. 304. Schoenus polymorphus. Rottb. gram. 67. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 36. t. 77. f. 2. Hab. in Jamaicae paludibus et in siccis. ♃

62. *pubescens*, fol. radical. angustis, umbel. terminali sparsa spicul. crassiusculis ovatis, squamis subpubescentib. ovalibus. Mich. Flora. p. 31. Hab. in Carolina et Georgia.

63. *castaneus*, fol. radicalib. angustis, erectis, culmo subtereti striato, umbel. terminali bracteis involucrata, spicul. subrotundo-ovatis, squamis suborbiculatis. Michaux. l. c. Squamae nitentes, badiae. Hab. in Florida.

64. *Michauxii*, fol. radical. planis, culm. nudo subancipiti, umb. composita laxa, spicul. oblongo-ovatis: squamis lanceolatis, carina prominente discolore in mucronem desinente. S. mucronulatus. Mich. p. 32. Hab. in Carolina montib. Sem. nudum. Styl. trifidus.

65. *spadiceus*, culm. semitereti nudo retrorsum scabro, umbel. composita, spic. oblongis dichotomis sessilib. involucr. brevibus. Vahl. Eclog. Lin. Willd. Sp. 1. p. 305. Hab. in America meridionali, Jamaicae fluviis.

66. *miliaceus*, culm. triquetro nudo, umb. supradecomposita, spicis subglobosis parvis intermediis sessilib. involucro setaceo. Sp. pl. 75. Retz obs. 5. p. 16. Rottb. p. 57. t. 5. f. 2. Hab. in India Pedunc. dichotomi. Culm. tenuis. Spicae pedunculàtae, ut solitariae sessiles in ramificationibus umbellae, minutissimae ut semina Milii. Lin.

* *bengalensis*, culm. tenui nudo, umb. supradecomposita, involucro tetraphyllo, spicul. intermediis sessilib. ovatis (minutis); squamis concavo-carinatis mucronatis. Communicatus a cl. Richard, qui eum ex Bengalia accepit. An diversa species?

67. *maritimus* (*riparius*), culm. triquetro, panic. conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata, involucro polyphyllo Hab. in lacub. et fossis. 2-3 pedalis.

β. *macrostachyus*, culm. acute triquetro folioso, bracteis plurib. longissimis,

spic. sessilib. pedunculatisque crassis ovatis squamis subaristatis. Michaux Flora. p. 32. Hab. in Carol. paludib. salsis.

* 68. *compactus*, minor, spiculis omnibus sessilib. squamis trifidis, involucro diphyllo. Kroecker Flor. Siles 1. t. 15. Flor. dan. t. 937. Hab. in uliginosis subexsiccatis. Tam ob locum, quam parvitatem ab antecedente diversus.

69. *grossus*, culm. triquetro nudo, umb. supradecomposita, spicis pedicellatis, involucro triphyllo lanceolato-subulato longissimo. Lin. suppl. 104. Hab. in India. Culmus orgyalis. Involuerum foliol. unico longissimo. Simillimus S. miliaceo, sed magnitudine diversus. L.

70. *Luzulae*, culm. triquetro nudo, umb. foliosa prolifera, spiculis subrotundis. Iin Pluk. mant. 97. t. 417. f. 3. Hab. in India. Involucrum universale polyphyllum 1 fol. ensiformib. umb. longioribus; partialia vix ulla. Capit. subrotunda, glomerata ex spiculis subrotundis.

71. *sylvaticus*, culm. triquetro folioso, umb. foliacea, pedunc. nudis supradecompositis dichotomis, spicis confertis. Flor. dan. t. 307. Leers t. 1. f. 4. Michaux, Flor. 1. p. 33. β. *radicans*, culm. triquetro folioso, umb. foliacea, culmis sterilibus deflexis apice radicantibus. Schkuhr. Hoffm. germ. p. 26. Hab. in sylvarum fossis. ♃

72. *aestivalis*, culm. depressis triquetris nudis, umb. compositis involucratis, flor. monandris. Retz. obs. 4. p. 12. Hab. in fundo fluviorum exsiccatorum Zeylonae. ♃

73. *squarrosus*, culm. triquetro nudo foliisque setaceis, spicis ternis sessilibus ovatis squarrosis. Mant. 181. Rottb. p. 49. t. 17. f. 5. Hab. in Ind. orientali. Involucr. diphyllum; spicae squam. subulatis, exstantibus, basi nodosis, valde imbricatis.

74. *dipsaceus*, culm. setaceis triquetris, umb. simplici, capitulis oblongis squarrosis, flosc. subulatis recurvis diandris, germine echinato. Rottb. gram. 56. t. 12. f. 1. Hab. in India. Parvus. Involucr. 3-4 phyllum.

76. *junciformis*, culm. nudo filiformi subtrigono, paniculae spiculis sessilibus pedunculatisque, involucro diphyllo. Retz. obs. 6. p. 19. Hab. in China.

76. *michelianus*, culm. triquetro, capitulo globoso, involucr. polyphyllo longo. Lin. Bot. Annal. 1. p. 20. t. 2. Desf. atl. 1. p. 51. Till. pis. 51. t. 21. f. 5. Buxb. cent. 1. p. 34. t. 55. f. 1. Hab. in Europa Aegypto et in Marocco.

77. *ciliaris*, culm. triquetro folioso, umb. sparsis, squamis calycinis aristis ciliatis. Mant. 182. Rottb. t. 17. f. 1. S. *pubescens*. Desf. Atlant. 1. p. 52. Schousboe Maroc. ed. germ. p. 19. Hab. in India orientali et in Barbaria. Culmi palmares laxi. Spicae ovatae, hirtae pilis raris. Involucri loco saepe foliola 1. seu 2. parva.

***** *Culmo triquetro, Capitulo terminali.*

78. *hottentottus*, culm. triquetro folioso, capitulo globoso, squam. lanceolatis hirtis. Lin. Mant. 182. Thunb. prod. 18. Ad Cap. b. spei locis paludosis. Folia caulina, 3, remotissima. Involucrum capituli triphyllum.

79. *antarcticus*, culm. triquetro nudo foliisque filiformib. capitulo globoso, involucr. 1-phyllo. Mant. 181. Thunb. prod. 17. Scirpus barbatus, vaginis suboppositis ora superiori barbatis. Rottb gram. 52. t. 17. f. 4? Pluk. alm. 179. t. 299. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei et in Guinea. Spicae ovatae, trifariam imbricatae triquetrae.

80. *argenteus*, culm. setaceis triquetris, involucr. tetraphyllo longissimo, spic. cylindricis plurimis in capitulum glomeratis. Rottb. p. 51. t. 17. f. 6. Rheed. mal. 12. p. 101. Hab. in India.

* 81. *monander*, culm. triquetro, involucr. triphyllo longo, capitulo sessili glomerato, flosc. monandris. Rottb. p. 50. t. 14. f. 3. Hab. in India. Spic. ovato-teretes.

82. *cephalotes*, culm. triquetro nudo, capitulo ovato squarroso, involucr., triphyllo longo. Lin. Willd. Sp. 1. p. 311 Houttuyn t. 88. f. 3. Hab. in India.

124. TRICHOPHORUM. Spicul. subovatae, squamis undique imbricatis. *Sem.* setulae capilliformes (nec lanam densam referentes) demum longe exsertae numero definito sex. (Genus intermedium inter Scirpum et Eriophorum.)

1. *cyperinum*, culmo triquetro folioso, panicula decomposita, spiculis confertis ovatis. Scirpus Eriophorum. Michaux Flor. 1. p. 33. Eriophorum cyperinum Lin. Willd. Spec. 1. p. 313. Hab. in Amer. boreali. Gram. altum.

2? *lineatum*, culm. folioso paniculato, spicul. ovato-oblongis; squamis lanceolatis subcarinatis. Scirp. lineatus. Michaux. l. c. Hab. in Carolina. Priori simile.

3. *alpinum*, parvum, culm. nudo angulato spicato. Erioph. alpinum. Lin. Flor. dan. t. 620. Sowerb. engl. bot. t. 311. Hab. in Europae subalpinis.

β *hudsonianum*, majus, culm. nudo triquetro, fol. canaliculato-setaceis. Michaux. p. 34. Hab. ad sinum Hudsonis.

125. ERIOPHORUM. *Glumæ* paleaceæ undique imbricatæ. *Sem.* lana densa longissima cinctum.

* *Monostachya.*

1. *vaginatum*, culmis vaginatis teretibus, foliis triquetro-canaliculatis, spica ovata. Roth. N. Bot. Beyträge, 1. p. 95. Willd. Spec. 1. p. 312. Flor. dan. t. 236. Hab. in montosis uliginosis. Glum. acuminatae.

2. *Scheuchzeri*, culm. basi vaginatis teretib., fol. tereti-canaliculatis, spica rotunda. Roth. l. c. Scheuchz. Agrost. app. t. 7. E. *capitatum*. Hoffm. Flor. germ. ed. 2. p. 26. Hab. in alpib. rhaeticis et Salisburg. Glum. obtusae.

** *Polystachia, culm. foliosis teretibus.*

3. *virginicum*, fol. angustis planis, spicis pluribus sessilibus. Willd. l. c. p. 313. Roth. l. c. p. 96. Hab. a Canada ad Carolinam. Flor. diandri Lana fulvescens. Mich.

4. *vulgare*, (polystachyum L.) fol. planiss mucrone triquetro, spicis pedunculatis nutantib. involucrum subaequantib. Leers herb. t. 1. f. 5. Engl. bot. t. 563. Cresc. in paludosis. Involucr. basi membranaceo-dilatatum, 2-3-phyllum.

5. *angustifolium*, fol. canaliculato-triquetris, spicis peduneulatis, seminib. ovatis. Roth l. c. p. 94. E. *polystachyon* Huds. Curt. Flor. lond. t. 9. Involucr. 3-phyl. foliol. linearia: unico spicis multo longiore. Cum priore; etiam in America crescit.

6 *gracile*, fol. triquetris sursum canaliculatis, spicis pedunculatis, sem. linearibus, involucro panicula uplo breviore. Roth. p. 95. Ejusd. Cat. 2. append. E. triquetrum. Hoppe. Hab. in Palatinatu et alpib. salisburgensib.

126. VAGINARIA. Spica ovata squamis undique imbricatis. *Stigm.* 3. Seminis involucellum (Perisporium) alternatim tripaleaceum et trisetum.

1. *Richardi*, Fuirena *scirpoidea*, culmo aphyllo vaginato, spica unica: squamis lanceolato-spathulatis. Michaux, Flor. p. 38. Hab. in Florida. *Obs.* Characteres hujus sequentiumque, ab eo constitutorum generum, concinnavit celeb. Richard.

127. FUIRENA. Squamæ mucronatæ in spiculas undique imbricatæ. *Sem.* involucellum latum, paleæforme, sæpius aristatum.

1. *umbellata*, umbellis compositis, spicis oblongis aggregatis sessilibus, fol. lanceolatis. Vahl. Eclog. Amer. 2. Rottb. gram. p. 70. t. 19. f. 3. F. *paniculata*. Lin. suppl. p. 105. Hab. in utraque India.

2. *obtusiflora*, umb. subcompositis, spic. cylindricis utrinque obtusis squarrosis. Vahl. l. c. In Amer. meridionali. Fol. glabra? An a sequente diversa?

3. *squarrosa*, fol. ciliatis, spic. squarrosis, squamis petiolato-spathulatis. Michaux. Flor. 1. p. 37-38. Hab. in Georgiae et Carolinae paludosis. Squamae mucrones longi strigoso-squarrosi.

4. *canescens*, subtomentoso-canescens; spicul. glomeratis, squamis mucrone erecto. Richard. Hab. in Africa.

128. HYPOLYTRUM. Spicula squamis undique imbricatis. *Sem.* involucellum glumam 3-4-valvem mentiens. *Stam.* 2-3. *Stigm.* 1-2.

1. *latifolium*, maximum glabrum, fol. latis trinerviis, corymbo decomposito. Hab. in India. Stam. 2. Rich.

2. *senegalense*, spicul. pluribus capitatim congestis, squamis subacuminatis. Hab. in Senegal. Stam. 2. Stigm. 3. Rich.

3. *gracile*, fol. angustis, caule debili, spicul. 3. sessilibus subgloboso-ovatis, squamis spathulatis. Richard. Stam. 1. Stigm. 2.

129. DIPLASIA. Spica squamis undique imbricatis. Involucellum glumam 4-valvem mentiens. *Stam.* 7. *Stigm.* 2.

1. *Karataefolia*, fol. longissimis carina margineque aculeatis, umb. decomposita. In Gujana. Fol. Bromeliae Karatas. Richard.

130. LEPIRONIA. Spicul. squamis orbiculatis cartilagineis. *Sem.* involucellum 16-paleaceum. *Stam.* 4-6.

1. *mucronata*. Hab. in Madagascar.

Aphylla. Culm. nodosus infra apicem 1-stachyus. Spica ovato-oblonga. Rich.

131. CHRYSITRIX. *Spica* imbricata squamis coriaceis setaceis. *Stam.* multa, inter singulas squamas singula.

1. *capensis*, Lin. fil. gen. gram. p. 27. f. 1. 2. Hab. ad. Cap. b. spei. Spica lateralis. An antecedens hujus generis?

** GRAMINA. *Flor. glumacei*, *3-andri.*

Rad. fibrosa. *Culmi* ut plurimum fistulosi, articulati, simplices aut basi ramosi. *Fol.* linearia, vaginantia, vagina latere fissili, apice membrana albida distincta, quae *ligula* aut stipula nuncupatur. *Flor.* spicati, racemosi, plerumque paniculati, rarissime foliis involucrati (uti in priore familia); nonnulli saepius abortivi; alii polygami; pauci monoici. *Stam.* in plurimis tria (qualia gramina hac in serie solummodo enumerantur), in nonnullis sex (vid. Clas. Hexandriam), aut plura. *Styli* communiter duo, in quibusdam 1. plerumque tamen bifidus. In unico tantummodo gramine stigmata tria observata sunt. Glumae interiores in multis semen maturum incrustant et cum eo indurantur.

MONOGYNIA.

132. LYGEUM. Flores intra spatham convolutam gemini. *Cal.* basi in tubum 2-locularem villosum concrescens, 2-valvis.

1. *Spartum*. Lin. Willd. Sp. 1. p. 316. Richard in Act. Soc. Hist. nat. Paris. p. 28. t. 3. Hab. in Hispania. ♃. Flor omnium graminum maximi, interdum 3 intra involucrum. Styl. longus.

133. CORNUCOPIÆ. *Involucr.* cyathiforme. *Cal.* 1-phyllus, 2-partitus. *Cor.* 1-valvis, superne hinc fissa. *Styl.* brevis; *Stigm.* 2. (raro 1.) longissima. (Richard.)

1. *cucullatum*, spica mutica, involucro crenato. Lin. Smith spicil. bot. t. 14. Willd. l. c. p. 319. Hab. in Oriente. ⊙

2. *alopecuroides*, spica aristata. Lin. Mant. p. 29. Hab. in Italia. Similis Alopec. *pratensi*, vagina supremi fol. ventricosa. Involucr. hemisphaericum integerrimum. Lin.

134. CENCHRUS. Involucr. laciniatum, echinatum 3-4-florum. *Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Cor.* 2-valvis, mutica. *Styl.* 2-fidus.

1. *lappaceus*, paniculae patentis ramis simplicissimis, cor. retrorsum hispidis, cal. trivalvibus bifloris Lin. Willd. Spec. 1. p. 315. Hab. in India. Fol. cordato-lanceolata. Involucro o? Hujus generis non videtur. An Panicum?

2. *capitatus*, spica ovata simplici. Col. ecph. 1. p. 340 t. 338. f. 1. Barr. car. t. 28. f. 1. *Echinaria* capitata. Desf. atl. 2. p. 385. Hab. in Gallia, Italia et Barbaria. ⊙

3. *echinatus*, spica oblonga conglomerata, involucr. subgloboso 10-partito. Schreb. gram. 9. t. 23. f. 1. Cav. ic. 5. p. 39. t. 462. Pluk. alm. 177. t. 92. f. 3. Hab. in Americae et Barbar. arvis.

4. *tribuloides*, spica glomerata, glumis femineis globosis muricato-spinosis hirsutis. L. Michaux Fl. 1. p. 61. Sloan. jam. 30. hist. 1. p. 108. t. 65. f. 1. Moris. hist. 3. p. 195. s. 8. t. 5. f. 4. Hab. in Virginiae maritimis. ⊙

5. *caliculatus*, culm. simplici erecto, spica glomerata, involucro polyphyllo setaceo. Cav. l. c. t. 463. Hab. in Amicor. insula Babao. Fl. aestate. Involuc. foliola subduodecim setulis rigidis, tomentosa, apice glabra. C.

6. *spinifex*, culmo ramoso, fol. brevibus cordato-lanceolatis, involucr. integerrimo echinato. Cav. ic. 5. p. 38. t. 461. Hab. in regno chilensi, et in Montevideo. Flor. januario.

7. *rufescens*, fol. glabris, spica elongata, involucr. confertis setiformibus (rufescentib.) inferne villosis, cal. sub-2-floro. Desf. atl. 2. p. 388. Hab. in arenosis props Mascar.

8. *hordeiformis*, fol. retrorsum asperis, involucr. setosis flore 4-plo longioribus, inferne (albis) villosis, cal. 1-2-floro. Desf. l. c. (C. *asperifolius*). Willd. sp. p. 318. Alopecurus hordeiformis. Lin. Hab. in Asia et Africa.

9. *geniculatus*, racemo spicato simplici, flor. involucro polyphyllo scabro, culmo geniculato. Thunb. prod. 24. Hab. ad Cap. b. spei.

10. *purpurascens*, racemo spicato simplici, flosculis circumvallatis aristis longissimis, culmo erecto. Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 329. Willd. l. c. In Japonia. Arist. purpureae.

11. *frutescens*, capit. lateralibus sessilibus, fol. mucronatis, caule fruticoso.

Lin. Alpin. exot. t. 104. Hab. in Armenia. ♄

135. PENNISETUM. *Involucr.* multisetum. *Cal.* 2-valvis, 2-florus: flor. altero hermaphrodito; altero masculo (rarius neutro) utroque sessili. (Flor. spicati polygami. In plerisque speciebus involucr. heterochæton, setisque nonnullis inferne plumosis.)

1. *typhoideum*, fol. latis glabris, spica crassa cylindrica, involucris pedicellatis pennatis. Holcus *spicatus* L. Pluk. alm. t. 32. f. 4. Hab. in India. Styl. villosus. ⊙

2. *setosum*, fol. basi villosis, spic. subsessili imbricata, involucr. sessilibus: setis nonnullis longissimis, stylo bifido. Cenchrus *setosus* Swartz. Flor. Ind. occid. 1. p. 211. secundum quem Panicum *polystachium* L. eadem species est. Hab. in Ind. occid. solo cretaceo.

3. *cenchroides*, culm. geniculato, involucr. alternis dupla flor. longitudine: setarum una subulato-paleacea longiore. Cenchr. *ciliaris* L. Gisecke ic. t. 23. Desf. atl. 2. p. 387. Hab. ad Cap. bon. sp. et Barbariae arenosis. Fol. villosa. ⊙.

4. *orientale*, fol. subsetaceo-subulatis, involucr. sparso stipitato: setis parcis flore longioribus plumosis. Cenchrus *orientalis*. Willd. (ined.) Hab. in Oriente.

5. *violaceum*, caul. ramoso, fol. vaginisque pilosis, spic. cylindrica, involucr. sessilibus flor. sequantibus simplicibus. Panicum *violaceum*. Lam. ill. gen. 1. p. 169. Hab. in Senegal.

Obs. Characterem hujus generis, nec non specierum differentias communicavit clar. *Richard.* Ob affinitatem cum P. *setoso* forte huc quoque referendus Alopecurus indicus. L.

136. SESLERIA. *Cal.* 2-5 florus. *Cor.* 2-valvis, apice dentata. *Stigm.* subglandulosa. (Flor. spicati, sæpius cærulei basi involucrati.)

1. *caerulea* (*calcaria*), spica ovato-oblonga, fol. planis, involucro integro. Cynosurus caeruleus. L. Willd. Sp. 1. p. 414. Arduin. spec. 2. p. 18. t. 6. Hab. praesertim in montosis calcareis, et in pascuis.

2. *sphaerocephala*, spica globosa (albida), involucr. ovatis subdentatis, cor. acuminatis. Hoffm. germ. ed. 2. p. 49. sub Cynosuro. Hab. in Germaniae sulbalpinis. Carinth. Tyrol.

3. *microcephala*, involucr. subdentato, cor. aristatis, spicis subrotundis. Hoffm. l. c. Cynos. sphaerocephalus. Wulf. ap. Jacq. Misc. 2. p. 71. Hab. cum priore.

4. *disticha*, involucr. nullo, spica disticha. Poa *disticha*. Wulf. Jacq. ic. v. 1. t. 19. Fol. setacea. In Cariothia, etiam in Pyrenaeis crescit.

137. LIMNETIS. *Spica* lateriflora: flosculis subbifariam imbricatis. *Cal.* 2-valvis: valv. 1. minore. *Cor.* 2-valvis, mutica, compressa, carinata. *Styl.* longus. Nect. o. (Flor. paniculati, stricti.)

1. *pungens*, fol. convolutis pungentibus, spicis paucis appressis pubescentibus., cal. carinis inermibus. Dactylis stricta. Smith. Flor. Brit. Engl. bot. t. 380? Spartina stricta. Roth N. Beyträge p. 101. Hab. in Gallia et Anglia, ad littora maris.

2. *juncea*, fol. distichis brevinsculis setaceo-convolutis, spicis paucis remotis patulis, cal. acuminati carinis asperis. Trachynotia *juncea*. Michaux. Flor. 1. p. 64. Hab. in siccis maritimis Carolinae Georgiae.

3. *cynosuroides*, subglauca, fol. longissimis, spic. plurimis alternis secundis, cal. subaristata - acuminato: carinis aculeatis. Dact. cynosuroides. Lin. Hab. in Amer. boreali.

4. *polystachia*, fol. latis, spicis plurib. undique versis longis linearibus: carinis aculeatis. Trachynotia. Michaux l. c. Hab. in inundatis maritimis Nov. Angliae.

Obs. Horum graminum ad oras maris crescentium, unde nomen inditum, differentias observationibus cl. *Richardi* debeo.

138. NARDUS. *Cal.* 1-florus, 1-valvis. *Cor.* 1-valvis, inclusa. *Stigm.* 1. (Spica flor. alternis sessilibus.)

1. *stricta*, spica setacea recta, flor. secundis. Flor. dan. t. 1022. Willd. spec. 1. p. 314. Schreb. gram. t. 7. Leers t. 1. f. 7. Hab. in arenosis et collibus aridis. Var. magnitudine. ♃

2. *aristata*, spica setacea, calic. aristatis, (Lin.) corollis binis inaequaliter pedunculatis aristatis, squamula suffultis. Vill. delph. 2. p. 58. t. 2. Bocc. mus. 2. p. 74.

.57. Hab. in Europa australi. Spica sub ente tenuissime pilosa.

3. *ciliaris*, spica incurva ciliata. Hab. in India. Folia graminea plana. Spica d-i midiata. Lin.

139. ORYZOPSIS. *Cal.* 1-florus, 2-valvis, laxus, obovalis. *Cor.* coriacea, subtereti-ovata, 2-valvis: valv. exteriore apice aristata. Nect. 2-paleaceum linearc. (Richard.)

1. *asperifolia*, culm. subnudo, fol. subpungentibus asperis. Michaux Flor. 1. p. 51. t. 9. Hab. per tractus montium a Sinu Hudsonis ad Quebec.

DIGYNIA.

140. MATRELLA. *Cal.* o. *Cor.* cartilaginea s. indurata, compressa, mutica, 2-valvis: valv. demum connatæ?

1. *juncea*. Agrostis *Matrella*. Lin. Willd. sp. pl. 1. p. 367? A juncea. Lam. ill. gen. t. 41. f. 2. Hab. in Malabariae maritimis. Flor. subnitentes, 10-12 in rachi alternatim sessiles. Fol. disticha, pungentia.

141. MUHLENBERGIA. *Cal.* minutissimus, 1-2-valvis. *Cor.* 2 valvis, basi pilosa: valv. exteriore apice aristata. (Flor. paniculati.)

1. *diffusa*, culmo debili ramoso foliisque glabris: panicula coarctata, cal. 1-valvi. Richard. Roth. N. bot. Beyträge 1. p. 96. Dilepyrum minutiflorum Michaux. Flor. amer. bor. 1. p. 40. Hab. in apricis et pratis region. Kentucky in Amer. bor.

2. *aristata*, culmo firmo subsimplici foliisque pubescentibus. panicula laxa, cal. 2-valvi, arista longissima. Richard, Michaux l. c. M. *erecta*, culmo erecto, fol. lanceolatis; ligula oblonga barbata, panic. laxa. Roth. l. c. p. 97. Hab. in umbrosis Georgiae et Carolinae. ♃

142. TRICHODIUM. *Cal.* 2-valvis; valvul. subæqualibus acutis: carina spinulosa. *Cor.* brevior, 1-valvis mutica. *Stigm.* subsessilia hispidula. (Flor. paniculati.) Richard.

1. *laxiflorum*, culm. erectis, fol. angustis breviusculis: vagina subaspera. Michaux Flor. amer. bor. 1. p. 42. t. 8. Cornucopiae hyemalis, Walter. Hab. in humilis et pratis sinus Hudsonis. ♂.

2. *decumbens*, culm. decumbentib. fol. patulis: vagina laevi. Michaux l. c. C. perennans. Walt. Agrostis anomala Willd. Sp. 1. p. 370. Hab. in Virginiae maritimis, ad ripas. ♂

143. LEERSIA. *Cal.* o. *Cor.* 2-valvis, clausa: valvul. compresso-navicularibus, muticis.

1. *Oryzoides*, panicula effusa, spiculis triandris patulis, glumis oblongo-ovalibus, carina ciliatis. Willd. Sp. 1. p. 325. Swartz prod. 21. Michaux. p. 39. Phalaris oryzoides. Lin. Schreb. gram. 6. t. 22. B. L. virginica. Willd. l. c. Hab. in paludosis et ad margines fluvior. passim; etiam in America. Gram. asperum.

2. *lenticularis*, panic. ramis subsolitariis, spicul. imbricatis, glumis orbiculatis ciliatis majusculis. Michaux 1. p. 39. Hab. in paludosis Illinoensib. in Amer. boreali.

3. *monandra*, panicula effusa, spicis remotis laxis, spiculis secundis subrotundis monandris, glumis laevibus. Swartz. prod. 21. cf. Fl. p. 130. Hab. in Jamaicae nemorib. cretaceis. Vere.

4. *hexandra*, panic. effusa, spiculis alternis hexandris, glumis sublaevibus. Swartz prod. 21. Stigm. pallide purpurea. Hab. in Jamaicae aquosis.

144. ZOYDIA. *Cal.* 1-valvis, carinatus. *Cor.* 1-valvis, membranacea.

1. *pungens*. Willd. in Nov. Act. Nat. cur. Berol. v. 3. Hab. in Malabariae maritimis. Nardum refert.

145. MILIUM. *Cal.* 2-valvis, 1-florus, ventricosus. *Cor.* 2-valvis, brevissima. *Stigm.* penicillata, S. villosa.

1. *nigricans*, flor. panicula'is confertis, valvulis calycinis nitidis nigrescentibus, fol. ensiformibus longissimis. Flor. per. 1. p. 47. Colitur in Pillao, Cuchero ubi Maiz de Guinea audit. E seminib. torrefactis Peruviani farinam praeparant, ex qua potum et cibum conficiunt.

2. *capensis*, panic. capillari, calycib. acuminatis, cor. arista terminali incurva Lin. mant. p. 185. Willd. Sp. 1. p. 358.

Hab. ad Cap. b. spei Cul. palmares. Fol. angusta subtus pilosa.

3. *punctatum*, panic. ramis simplicissimis, flor. alternis geminis secundis. Amoen. acad. 5. p. 392. Hab. in Jamaicae graminosis, udis.

4. *lentigerum*, panicula subspicata, flor. aristatis. Schreb. gram. 14. t. 23. f. 3. Vahl. symbol. 2. p. 18. Agrostis australis. Lin. Mant. 30. Gouan. hort. 39. t. 1. f. 2. Alopecurus ventricosus. Huds. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 6. Hab. Monspelii, in Anglia et Aegypto.

5. *compressum*, spicis subternis, flosc. alternis muticis rachi adpressis, culmo medio articulato-compresso, pedunc. longissimis. Swartz prod. 24. Fl. p. 183. Hab. in Jamaica et India occidentali. Sem. compressum. S. ♃

6. *digitatum*, spicis digitatis subquaternis subsessilib., flosc. muticis appressis secundis, fol. margine cartilagineo-serratis. Swartz. Flor. p. 181.

7. *cimicinum*, racemis digitatis, calyc. valv. exteriore ciliata. Mant. 184. Panicum Retz. Obs. 3. p. 9. Hab. in Malabaria. Flor. cum semine lapsi ob cilia cimicem quamdam referunt. Lam. enc 1. p. 59. n. 19. In Jamaica, pratis aridis. ⊙

8. *paniceum*, spicis subdigitatis alternis patentibus filiformibus: flosculis secundis muticis pedicellatis trigonis. Swartz Flor. p. 179. Hab. in Jamaica. Distinctum a M. cimicino. L.

9. *effusum*, flor. verticillato-paniculatis dispersis muticis. Lin. Flor. dan. t. 1143. Leers. t. 8. f. 7. Hab. in nemoribus. ♃

10. *confertum*, asperum, panicula coarctata, flor. coloratis muticis. Mill. dict. n. 4. Hab. in Helvetia et Gallia. Distincta species.

11. *globosum*, panic. patula, glumis muticis, pedicellis cingulo luteo. Thunb. Jap. p. 49. Hab. in Japonia.

12. *caerulescens*, flor. paniculatis aristatis, aristis gluma breviorib. Schousb. maroc. s. p. 34. Desf. atlant. 1. p. 66. t. 12. In fissuris rupium Atlantis et circa urbem St. Crucis.

13. *paradoxum*, flor. paniculatis aristatis. Schreb. gram. t. 28. f. 2. Agrostis. Sauv. Monsp. 45. Hab. in Gallia meridionali, Carniola. Panicula alba. Semen nigrum.

14. *villosum*, panicula laxa, flosc. muticis, calycibus lanatis. Swartz prod. 24. Andropogon insulare. Lin. Amoen. acad. 5. p. 412. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 43. t. 14. f. 2. Hab. in Jamaica. ⊙

15. *ramosum*, culmo ramoso, flor. paniculatis subbinatis hirsutis. Retz. obs. 6. p. 22. Hab. in India orientali.

146. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis, uniflorus, valv. acutis. *Cor.* 2-valvis. *Stigm.* longitudinaliter hispida, s. plumosa. (Flosc. patentes.)

* *Aristatae.*

1. *Spica venti*, petalo exteriore arista recta stricta longissima, panicula patula. L. Willd. Sp. s. p. 361. Leers herb. t. 4. f. s. Hab. inter segetes. ⊙

2. *interrupta*, petalo exteriore aristato, panic. attenuata coarctata interrupta. Vaill. 88. t. 71. f. 4. (bona.) Hab. in. Europa australiori. Virescens. Aristae longiusculae.

3. *spicaeformis*, panic. spicaeformi, flosc. biaristatis: arista altera receptaculo inserta geniculata longiori, altera infra apicem corollae rectis, cor. hirtis. Lin. suppl. p. 108. Hab. in Teneriffa.

4. *hirsuta*, panic. subspicata, culmo foliisque hirsutis, cor. dorso aristatis, apice bifidis. Lin. suppl. 108. Cresc. cum. priore.

5. *miliacea*, petalo exteriori arista terminali recta mediocri, flor. ovatis laevibus. Gouan. illustr. 3. Hab. in Hispania, Gallia et Sibiria. ♃

6. *bromoides*, panic. simplici angustata, cor. pubescente: arista recta calyce longiore. Mant. 30. Gouan. illustr. 3. t. 1. f. 1. Hab. Monspelii. Cor. arista recta, scabra, calyce duplo triplove longior ut in Bromis. L.

7. *arundinacea*, panic. oblonga, petalo exteriore deorsum villoso, basi aristato, arista torta calyce longiore. Lin. Calamagrostis arundinacea. Roth. germ. s. 33. II. 89. Hab. in rupestrib. sylvosis, glareosis iuniperetis. Pallescens. ♃

8. *Calamagrostis*, panic. incrassata, petalo exteriore toto lanato apice aristato, culmo ramoso. Hab. in Helvetiae, Veronae alpinis. Panic. densa.

9. *serotina*, panic. flosculis oblongis mucronatis, culmo obtecto fol. brevissimis. L. Mant. 30. Segu. ver. 3. p. 146. t. 3. f. 2. Hab. Veronae. Fol. brevia, vix articulis longiora, patentia.

10. *rubra*, panic. primo contracta: florente patentissima, petalo exteriore glabro. arista terminali tortili recurva.

Roth. germ. I. 31. II. 81. Hab. in Anglia, Suecia vulgaris. Panic. rubescens.

11. *stricta*, panic. elongata stricta, cor. calyce minoribus, arista e basi petali, tortili, flore longiore. Willd. Sp. 1. p. 366. Hab. in America boreali. Affinis praecedenti. Fol. plana angusta linearia. Ligula lacera. Cor. tenera membranacea. W.

12. *ovata*, petalo exteriore ante apicem aristato; panic. ovata coarctata spiciformi. Forst prod. n. 40. Hab. in nova Zeelandia.

13. *canina*, calycib. ovatis coloratis, arista dorsali recurva, culmis prostratis subramosis. Leers. t. 4. f. 2. Smith brit. 78. Hab. in pascuis graminosis. Arista setacea alba, medio notata geniculo fusco. L.

14. *alpina*, fol. setaceis, panicula coarctata, calycib. hispidiusculis coloratis: petalo exteriore truncato, arista dorsali geniculata. Leysser. halens. n. 67. ed. 2. p. 34. Scheuch. gram. prod. 22. t. 4. f. 1. Hab. in alpibus inque montibus Saxoniae. ⊙

15. *rupestris*, fol. filiformi-setaceis, panicula patula, calycib. hispidiusculis patentibus coloratis, petalo exteriore arista dorsali geniculata flore duplo longiore. Willd. p. 168. Allion. pedem. n. 2161. Hab. in Helvetiae, Bohemiae, Italiae rupestrib. Flosculi stramineo-fusci nec violacei. W. ⊙

16. *setacea*, cal. lanceolatis, cor. basi aristata: arista geniculata, fol. radicalibus setaceis. Smith. brit. p. 79. Curt. Flor. lond. t. 12. Agr. alpina. Withering. Hab. in Angliae ericetis aridis. Fol. glaucescentia.

17. *littoralis*, cal. lineari-lanceolatis aristatis, cor. nuda, arista subterminali recta, culm. decumbentib. Smith. Fl. brit. 1. p. 78. Withering Flor. t. 23. Hab. in littoribus marinis lutosis. Flor. Augusto.

18. *compressa*, panic. coarctata, calycib. aequalibus laevib. cor. infra apicem brevissime aristatis. Willd. A. *dubia*, cal. aequalibus. laevib. cor. infra apicem mucronatis, fol. setaceis. Leers herb. t. 4. f. 4. Hab. in Germania.

19. *vinealis*, calycib. coloratis, petalor. arista dorsali longitudine fere calycis, culmis adscendentibus. Schreb. spicil. 57. n. 977. Hoffm. germ. 35. Hab. Lipsiae in agris, collib. passim. Var. flosc. muticis. Priori affinis ♃

β? *gigantea*, panic. parte superiore patentissima, calycibus hispidis, petalo teriore glabro, dorso superne subaristato, culmo erecto. Roth. Fl. germ. I. p. 31. Willd. l. c. Crescit ad ripas fluviorum. ♃

** *Muticae.*

20. *capillaris*, panic. capillari patenta flexuosa, calycib. subulatis aequalibus glabris coloratis muticis. Smith. ic. ined. fasc. 3. p. 54. t. 54. Willd. l. c. Agrostis capillaris. Lin. Sp. plant. ed. 2. p. 93. Hab. in Lapponiae alpibus, etiam in Lusitania secundum Swartz in bot. Journ. 2. p. 22.

21. *vulgaris*, panic. patente, ramulis divaricatis capillarib., cal. aequalibus, petalo interiore duplo breviore retuso. Smith brit. 1. p. 79. Hoffm. germ. ed. 2. p. 36 A. *hispida.* Willd. Spec. 1. p. 370. A. *capillaris* Auctorum. Leers. t. 4. f. 3.

β. *pumila.* Lin., minor, culm. fasciculatis, sem. ustilagine corruptis inclusis. Lightf. Scot. ic. in titulo. v. 2.

γ. *sylvatica*, panic. coarctata, cal. aequalibus: virgineis cor. brevioribus, foecundatis (ustilago) duplo longioribus. Lin. vid. Steinbuch im Naturforscher (promtuarium germanie.) Fasc. p. 233. t. 5. Smith. l. c.

22. *stolonifera*, panic. coarctata, culm. ramoso repente, flor. congestis, cal. aequalibus lanceolatis pubescentibus. Smith. l. c. Martin Flor. rustica t. 120.

β? *coarctata*, panic. contracta, cal. subaequalibus, cor. brevioribus obtusis hispidulis: fol. angustis Hoffm. l. c. 37.

γ. *dulcis*, panic. densa breviuscula interrupta, flor. fasciculatis subsessilibus.

δ. *gracilis*, caespitosa, culm. gracili subdecumbente, panic. in spicam cylindricam coarctata, flosc. glabris subnitidis. Hab in arvis, pratis, sylvaticis, collibus. *Obs.* An recensitae varietates huc aut ad *albam* pertineant, aut distinctae species sint, determinare hactenus nequeo. var. γ sub nomine Agr. dulcis *Sibthorpiv* hinc inde colitur, etiam e Silesia habeo. In var. δ, quam circa Lugdunum Gallorum collegi, glumae glaberrimae sunt, sed pedicelli subincrassati hispiduli ut vere in A. *alba.*

23. *pyramidata*, panic. patente parva pyramidata, cal. cor. longioribus vaginis ore pilosis. Lam. Ill. gen. p. 161. Hab. in Amer. meridionali.

24. *barbata*, panic. contracta subspicata, cal. inaequalibus, vaginis barbatis. A. littoralis Lam. ill. p. 161. Hab. in Amer. meridional. Rich.

β. *senegalensis*, ramis panicula longioribus. Lam. l. c. In Senegal.

25. *alba*, panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente.

α. *palustris*, panic. coarctata mutica, cal. aequalibus hispidiusculis, culm. repente. Huds. angl. 27. Flor. opaci subpurpurasc. demum pallescunt.

β. *verticillata*, panic. subinterrupta, flor. fasciculatis subsessilibus nitidis, glum. muticis. Villars Dauph. 2. p. 74. Flor. virescunt. Caeteris speciei. europaeis major. Hab. in pratis humidis.

26. *diandra*, panic. elongata contracta, floribus subulatis muticis diandris, foliis convolutis. Retz. obs. 5. p. 19. Hab. in India.

27. *ciliata*, panicula mutica, gluma calycina angulata ciliata. Thunb. jap. 49. Hab. in Japonia.

28. *capensis*, panicula spicata cylindrica mutica, culmo nutante. Willd. A. spicata. Thunb. prod. 19. Hab. ad Cap. b. spei.

29. *pungens*, panic. contracta spicaeformi, fol. involutis rigidis pungentib. superioribus oblique oppositis, culmo ramoso. Schreb. gram. 2. p. 46. t. 27. f. 3. Lam. enc. 1. p. 59 A. Virginica Lin. Willd. sp. 1. p. 373. Hab. in maritimis Hispaniae, Galliae australis, etiam in America, Africa et Orienta. ♃

30. *spicata*, panic. spicata, fol. involutis rigidis, in geniculis coacervatis, ramis infractis. Vahl. symbol 1 p. 9. A. virginica sarmentis repentibus fol. convolutis ciliatis. Forsk. descript. p. 20. Hab. in Arabiae desertis. ♃

31. *maritima*, panic. spicata, ramulis brevissimis, cal. muticis laevibus aequalib. fol. involutis. Lam. ill. p. 161. enc. 1. p. 61. In arenosis maritimis prope Narbonne. Spic. fere ut in Poa cristata L. Hab. in desertis arenosis Arabiac. ♄

32. *mexicana*, panicula oblonga congesta, cal. corollisque acuminatis subaequalib. muticis, radice tuberosa. Hab. in America calidiore. Corollae basi pilosae. Aristae nullae. Facies Cinnac. ♃

33. *coromandelina*, panic. ovata patente, pedunc. simpliribus, flor. secundis muticis, cal. aequalib. acutis nitidis. Retz. obs. 4. p. 19. Vahl. symbol. 1. p. 10. Hab. in aridis duris Malabariae, Arabiae.

34. *tenacissima*, panic. contractata filiformi, flor. muticis linearibus valvulis parallelis. Lin. suppl. 107. Hab. in India orientali. Radix dura cespitosa, culmis pluribus. Panic. filiformis, floribus adpressis.

35. *purpurascens*, panic. coarctata elongata, ramis adpressis erectis, flosc. inaequalibus acuminatis. Swartz prod. 25. et Flor. p. 185. Hab. in Jamaica. Facie Airae cespitosae. Sw. Sequenti affinis.

36. *indica*, panic. contracta spicaeformi longissima, fol. vaginantibus spicam subaequantib. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 115. t. 73. f. 1. A. elongata. Lam. ill. p. 162. Hab. in Indiae occidentalis subhumidis. Panic. oblonga viridis e racemis lateralib. alternis, rachi approximatis. Lin.

37. *procera*, panic. pedunculis racemosis erectiusculis, flor. hirsutis muticis lanceolatis. Retz. obs. 4. p. 19. Hab. in graminosis subhumidis Malabariae.

38. *linearis*, spic. subquaternis digitatis, flosc. unilateralibus alternis adpressis muticis. Retz. obs. 4. p. 19. Hab. in India ad vias tempore pulvioso.

39. *lenta*, spic. subternis umbellatis, flosc. muticis oblongis acutis, valvulis cal. subaequalibus, fol. vaginisque glabris. Ait. Kew. 1. p. 56. Hab. in India. ⊙

40. *stellata*, spic. quaternis umbellatis, flosc. muticis ovatis compressis, valvulis cal. inaequalibus, fol. vaginisque glabris. Willd. p. 376. Hab. in Insula St. Helenae. Spicae quaternae basi folio involutae. W.

147. STURMIA. *Cal.* 2-valvis: valv. aequalibus truncatis. *Cor.* minor, 2-valvis ovata. lanuginosa, mutica. (Spica filiformis, flor. alternis sessilibus.)

1. *verna*. Agrostis *minima*. L. Willd. Spec. 1. p. 372. Hoppe in Sturm. Flor. germ. icon. Hab. in Europ. australis agris, ruderatis; Vere.

148. AIRA. *Cal.* nitens, 2-valvis, 2-florus. *Cor.* 2-valvis, mutica aut basi aristata.

* *Muticae.*

1. *arundinacea*, panicula oblonga secunda mutica imbricata, foliis planis. Sp. pl. 95. Willd. Sp. 1. p. 376. Hab. in Oriente.

2. *minuta*, panicula laxa subfastigiata ramosissima, flosc. muticis. Loefl. it 117. Schreb. gram. 1. 21. f. 2. Hab. in Hisp.

3. *aquatica*, panic. patente, flor. muticis laevibus cal. longiorib., fol. planis L. Poa airoides. Koeler. Vall. paris. 89. t. 17. f. 7. *Obs.* An ob affinitatem cum Poa distante ad Poas amandanda? Hab. in aquosis.

4. *caerulea*, panicul. coarctata, flor. conico-cylindricis. Melicc. Lin. Leers. t. 4. f. 7. Molinia caerulea. Koeler gram. p. 145. Hab. in pratis, pascuis sylvisque udis. Habitus arundinaceus, var. praesertim major sylvatica. Culm. fere enodus. Forte distincti generis. Interdum flosc. incompleti rudimentum adest.

5. *melicoides*, panic. subracematim coarctata, flor. majusculis lineari-lanceolatis muticis basi villosis: rudimento flosculi pedicellato. Michaux l. c. Hab. in Canada.

Obs. Ex secundi flosculi basi nascitur pedicellus elongatus villosus floris rudimento vix perceptibili terminatus Mich. l. c.

6. *obtusata*, panic. oblonga racemosa, fol. angustis, cal. valv. altera lineari; altera obovali, flor. muticis apice compressis, Michaux Flor. p. 62. Hab. in Carolinae aridis.

7. *involucrata*, panic. patente, basi setaceo-involucrata, flor. muticis longitudine cal., fol. convolutis. Willd. l. c. Cavan. ic. 1. p. 33. n. 48. tab. 44. f. 1. Hab. in collibus sterilibus Hispaniae. ⊙

** *Aristatae.*

8. *subspicata*, fol. planis, panic. spicata flosc. medio aristatis: arista reflexa laviore. Lin. Planta adhuc dubia, forte Koeleriae generis? Hab. in Helvetiae, Lapponiae alpibus. ♃

9. *cespitosa*, fol. planis nervosis, panic. patente, petalis basi villosis aristatisque: arista recta brevi. Lin. Leers t. 4. f. 8. Hab. in Europae pratis. Panic. nitens. Fol. scabra, plicata. ♃

10. *ambigua*, fol. subsetaceis, panic. ampla pyramidata, glum. flavescentibus, petalis basi breviaristatis villosisque. Mich. p. 61. Hab. circa lacus Mistassins.

11. *flexuosa*, fol. setaceis, culmis subnudis, panic. divaricata, pedunc. flexuosis L. Flor. dan. 157. Leers. t. 5. f. 1. Scheuch. gram. t. 6. f. 1. Hab. in arenosis.

12. *montana*, fol. setaceis, panic. coarctata flosc. basi pilosis aristatis: arista tortili longiore. Leers t. 5. f. 2. Hab. in montosis. An prioris junior planta?

13. *alpina*, fol. subulatis, panic. densa flosc. basi pilosis aristatis: arista brevi. Scheuch. gram. 222. Hab. in alpibus.

14. *antarctica*, fol. planis, panic. composita patente, calycib. trifloris, flosc. medio aristatis, arista elongata rectiuscula. Forst. prod. 41. Hab. in Nova Zeelandia. An Avena?

15. *canescens*, fol. setaceis: summo spathacco paniculam inferne involvente, aristis clavatis cal. brevioribus. Hab. in arenosis, Panicula deflorata e vagina exit. Fol. glauca.

16. *articulata*, paniculata, cal. flosculo longiore acuto, arista clavata medio nodosa e basi glumae prodeunte. Desf. Atl. 1. p. 70. t. 13. Prope Mascar in arvis. Fol. glauca lata: spica convoluta. D.

17. *chinensis*, fol. setaceis, panicula erecta, flosc. aristatis villosis. Retz. obs. 3. p. 10. Hab. in China.

18. *praecox*, fol. setaceis: vaginis angulatis, flor. subspic. flosculis basi aristatis. Flor. dan. t. 383. Smith angl. 1. p. 87. Hab. in campis arenosis et sylvaticis. Flosc. basi nudis, dorso aristatis. Smith.

19. *caryophyllea*, fol. setaceis, panic. divaricata trichotoma, flor. aristatis distantibus. Leers t. 7. f. 7. Hall. helv. n. 1482. Hab. in Angliae, Germaniae, Galliae glareosis. ⊙

20. *setacea*, fol. setaceis, panic. diffusa, flosc. basi pilosis: inferiore mutico, superiore arista brevi. Retz. obs. 3. p. 10.

149. MELICA. Panic. spicae aut racemiformis. *Cal.* coloratus, 2-valvis, 2-florus: glum. laxae, obtusae membranaceae, inaequales. *Cor.* 2 valvis, ventricosa, minor. Rudim. floris.

1. *ciliata*, spicata, flosculi inferioris petalo ciliato L. Hab. in collibus sterilib. saxosis. Pallescens. ♃

2. *decumbens*, corol. hirsutis, flor. racemosis nutantibus, culmo decumbente. Thunb. prod. 21. Ad cap. G. Sp.

3. *racemosa*, corol. hirtis, racemis cernuis, culmo erecto. Thunb. prod. 21.

4. *nutans*, cal. bifloro, petalis imberbibus, panicula nutante simplici. Schreb. gram. 62 t. 6. f. 2. M. montana. Lam. enc. Hab. in Europae frigidioris sylvaticis montosis. Flor. subsecundi majusculi pedicellis breviusculis. Cor. subsulcata. Cum sequente ut plurimum confunditur.

5. *uniflora*, panic. suberecta divisa cal. unifloro. Retz. obs. 1. p. 10. Willd. Spec. 1. p. 383. M. Lobelii, panic. ramosa, fol. vaginis acuminata oppositifolia, radice repente. Villars delph. 2. p. 90. t. 3. f. 3. Passim cum priore, cui similis. ♃

6. *minuta*, culmo ramoso, fol. setaceis, petalis imberbibus. Lin. Mant. 32. Hab. in Italia. Racemi simplices, capillares, pauciflori. Cal. bivalvis ovatus, flosculis dimidio brevior. Planta dubia.

7. *setacea*, flor. racemosis, fol. setaceis subdistichis, petalis subbarbatis. Hab. in Gallia prope Beaucaire. Fol. laevia.

8. *aspera*, fol. angustis conniventibus, panic. patente pyramidata, glumis imberbibus. Desf. Atl. 1. p. 71. Barrel. 1. 95. f. 1. Hab. in fissuris rupium in Atlante. Vag. striata. Flor. racemosi, unilaterales. Cal. 3-florus. Desf.

9. *pyramidalis*, panic. patente pyramidata, glumis variis, fol. latiusculis subconvolutis. Lam. ill. p. 179. Morison sec. 8. t. 7. f. 1. Hab. in Barbaria, et Europa australi. B. Cor. subvillosis. Gmel. sib. 1. t. 19. f. 1.

10. *laxiflora*, panic. ramis divaricatis capillarib. multifloris, cor. altera ciliata. Cav. ic. 5. p. 48. t. 473. f. 2. Hab. in regno Chilensi.

11. *glabra*, tota glabra. panic. erecta laxa: ramulis simplicibus paucifloris, flor. glumis imberbibus. Michaux Flor. p. 62. Moris. hist. 3. s. 8. t. 7. f. 51. In Virginia et Florida.

12. *papilionacea*, calycis valvula inferiore maxima colorata, petalo exteriore subciliato. L. Mant. 31. in brasiliana. Ard. spec. 2. p. 17. t. 6. f. 1. 2. Hab. in Brasilia. Forte una ex sequentibus huc pertinet.

13 *aurantiaca*, panic. subspicata, cal. valvula exteriore maxima aurantia. Cav. ic. 5. p. p. 46. t. 472. f. 1. Lam. enc. 4. p. 70. Hab. in viciniis Montevideo in Amer. Fol. subvillosa.

14. *violacea*, panic subspicata secunda, cor. violaceis ciliatis, calyc. valvula exteriore argentea apice denticulata. Cav. l. c. Hab. in regno Chilensi. Priori affinis.

15. *rigida*, panic. subspicata secunda: cal. corollis aequali: harum valv. altera ciliata. Cav. ic. 5. p. 47. t. 472. f. 1. Cresc. in Montevideo. Fol. superioris vagina spathaeformis; ligula multifida. Cav.

16. *altissima*, panic. coarctata spicaeformi, petal. imberbibus. Willd. spec. p. 385. Gmel. sibir. 1. p. 98. t. 20 Hab. in Sibiria. Flosc. masculi oblongi pallidi.

β. *interrupta*, spica elongata interrupta flosculis oblongis linearibus coloratis imberbibus. In hortis subinde colitur.

150. HOLCUS. Flor. (polygami) paniculati. *Cal.* 2-florus, 2-valvis, (opacus, nervosus). *Cor.* minor: valv. altera aristata. *Nectar.* lineare, 2-partitum. *Stigm.* subsessilia.

1. *lanatus*, glumis villosis mucronatis, flor. masculi arista incurva, fol. vagina tumida villosa. Lin. Leers t. 7. f. 6. Schreb. gram. t. 20 f. 1. Hab. ubique in pratis. Rad. fibrosa. Glumae calycinae mucrone longiusculo distinctae.

2. *mollis*, subglabra, rad. repente, glum. nudiusculis, arista geniculata exserta. Lin. Smith. angl. 1. p. 89. Schreb. l. c. f. 2. Curt. Lond. ic. Hab. in arvis et nemorosis. Panic. subflavescens demum. Flor. omnes hermaphroditi.

Obs. Reliquas Linnaei species, quarum descriptiones vide apud Reichard, Syst. pl. 4. p. 307–309, omisi, cum nesciam an jure sub hoc militent genere: forte pleraeque Airae sunt. *Sorghi* species vide infra.

151. PHALARIS. *Cal.* 1-florus, 2-valvis: valvulis subovatis dorso membranaceo-carinatis, aut lanceolatis, aequalibus, nervosis. *Cor.* inclusa, 2-valvis, basi pilosa (saepius.)

1. *arundinacea*, panicula oblonga ventricosa coarctata, glumis acuminatis. Lin. Arundo colorata. Aiton. Willd. Spec. 1. p. 457. Hab. in pratis-humidis et ad ripas. In hortis colitur var. fol. lineis albis pictis. Semina nitida. Holcum refert.

2. *canariensis*, panic. spiciformi ovata, glumis calycinis navicularibus integris, cor. 4-valvi: valvulis exterioribus lanceolatis glabris, interioribus villosis. Act Kew. 1. p. 85. Willd. Sp. 1. p. 326. Schreb. t. 10 f. 2. Hab. in Canariis inter segetes, hinc inde in Europa colitur. ⊙

3. *aquatica*, spica cylindrica glum. navicularibus denticulatis, cor. 3-valvi: valvulis interiorib. villosis: exteriore minuta subulata Act. l. c. p. 86. Ph. *minor.* Retz Obs. 3. p. 8. Barr. rar. t. 700. f. 1. Hab. in Aegypto et ad Tiberim.

4. *sativa*, spica cylindrica, glumis ca-

rinatis glabris margine membranaceis. P. *Bellardi*. Willd. in N. Act. berol. v. 3. β P. *Bulbosa*. Lin. Hab. in Italia, Oriente et etiam his in locis quasi sponte. Pro avicularum canariensium nutrimento in nonnullis regionibus colitur, et in Europam deportatur, cfr. Desf. Atl. 1. p. Rad. in paucissimis bulbosa seu fibrosa.

5. *tuberosa*, spica mutica subcylindrica glumis apice crenatis, culmo basi globoso-tuberoso. Ph. *bulbosa*. Cav. ic. 1. p. 46. t. 64. Hab. in Hispania. Culm. basi bulbis saepe tribus globosis, concatenatis. C.

6. *capensis*, panic. spicata ovata, glum. integris, culmo geniculato decumbente. Thunb. prod. 19. Hab. in Cap. b. spei.

7. *arenaria*, spica obovata, glumis cal. integerrimis ciliatis, vagin. ventricosa. Phleum spica ovata ciliata, caule ramoso. Lin. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 8. Crypsis. Desf. Atlant. 1. p. 61. Hab. in Europae et Barbar. arenosis. Cal. cor. multo major: glumis lanceolatis. ⊙

8. *alpina*, panic. cylindrica spiciformi, glumis calycinis mucronatis carinatis dorso ciliatis. Willd. l. c. Hab. in alpibus.

9. *paradoxa*, panic. mutica oblonga spiciformi, glumis calycinis navicularibus unidentatis, corolla bivalvi glabra, flosc. infimis praemorsis. Ait. l. c. Linn. fil. dec. 35. t. 18. Schreb. gram. t. 12. Ph. praemorsa. Lam. ill. p. 164, Hab. in Oriente et Lusitania.

10. *erucaeformis*, panicul. secunda lineari, cal. 1-2 floris Lin. Cynosurus erucaeformis. Ait. Willd. Sp. 1. p. 412. Barr. rar. t. 29. Gmel. sib. 1. t. 29. Hab. in Europa australi, Sibiria et ad fretum Hudsonis.

11. *villosa*, panic. multiflora stricta, flor. obovatis villosis. Michaux Flor. p. 43. In sylvis Carolinae. Habitu recedit.

152. CRYPSIS, *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 2-valvis, longior. *Stam.* 2-3. Spica folior. vagina involucrata; seu flor. in capitulum foliatum congestis.

1. *aculeata*, caule ramosissimo, spic. capitato – hemisphaericis, fol. vaginantibus brevibus pungentibus cinctis. Willd. Spec. p. 158. Lam. ill. gen. 1. p. 166. t. 42. f. 2. Anthoxant. aculeatum. L. Moris. hist. 3. p. 195. s. 8. t. 5. f. 3. Hab. in Europae australis locis petrosis glareosis, etiam in Barbaria. ⊙

2. *Schoenoides*, spic. ovatis vagina foliacea cinctis, caul. romoso procumbente. Lam. l. c. f. 1. Phleum schoenoides. L. Jacq. Fl. austr. app. t. 7. Spartina phleoides. Roth N. Bot. Beytr. 3. p. 101. Hab. in Italia, Gall. australi, Hisp. et Smyrnae Antecedente dimidio fere major. ♂

153. PHLEUM. *Cal.* (induratus) 2-valvis: valv. linearibus, apice retuso seu carina prominente utrinque bicuspidato. *Cor.* inclusa. (Flor. spicati.)

* *Spica composita.*

1. *Phalaris*, spica composita cylindrica, glumis ciliatis carinatis mollioribus. Phalaris *phleoides* L. Flor. dan. t. 531. Engl. bot. t. 459. Hab. in versuris egrorum. Cal. minus retuso et teneriore Phalaridi affine. ⊙

2. *asperum*, spica composita cylindrica, cal. gibbo aspero. Viliars dauph. 2. p. 61. t. 2. f. 4. Ph. *viride*. Allioni. Phalaris. Retz. Willd. Sp. 1. p. 328. Hab. in Europa australi. Cal. subcartilagineus, fere glaber. ⊙

3. *dentatum*, spic. subpaniculata cylindrica, glumis serratis, culm. geniculato. Thunb. prod. p. 19. Lin. suppl. p. 106. sub Phalar. Hab. ad Cap. b. spei. Glum. carina cartilaginea dentata 1 dentib. globosis. ⊙

** *Spica simplice.*

4. *pratense*, spica cylindrica ciliata elongata, culmo erecto. Lin. Leers. Herb. t. 3. f. 1. Schreb. gram. t. 14. Hab. in pratis, ad versuras. ♃

5. *alpinum*, spica villosa ovato-cylindracea. L. P. spicis ovatis hirsutis, locustis longe bicornibus. Hall. helv. n. 1529. Hab. in alpibus. Spica nigrescens s. atro-purpurascens.

6. *Gerardi*, spica subrotunda, glumis ciliatis, culmo simplici, vaginis ventricosis. Gerard prov. 78. n. 4. Jacq. ic. rar. 2. t. 301. Hab. in summis alpibus Europae austral. Stylus unicus? cfr. Jacq. ic. 301

7. *nodosum*, spica subcylindrica parva, culm. adscendente, fol. obliquis radice bulbosa. Flor. dan. t. 380. Leers t. 3. f. 2. Gram. nodosum, spica parva, Bauh. Hab. in collib. graminosis. Spica glabra.

154. ALOPECURUS. Spica. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 1-valvis, basi aristata, aut mutica.

1. *bulbosus*, culmo erecto, spica cylindrica, radice bulbosa. Gouan. monsp. 37. Willd. Sp. 1. p. 356. A culmo erecto,

spica simplicissima attenuata, glum. calycinis distinctis (nec basi connatis.) Smith Flor. brit. 1. p. 73. Barr. ic. 699. f. 1. Hab. in Galliae, Angliae pratis. ♃

2. *pratensis*, culmo erecto, glumis villosis, cor. muticis. Hab. in Europae pratis. ♃

51. *strobilina*, fol. elliptico-oblongis retuso-callosis capituloque terminali glabris. Thunb. Sert. hannov. 1. p. 7. tab. 1.

52. *imbricata*, fol. lanceolatis glabris striatis imbricatis, capitulo terminali. Th. Diss. t. 5. f. 2. Wendl. Hort. Herrenh. t. 14. Capitula in ramis terminalia. Cor. extus lana flavescente tota tecta. Th.

53. *sericea*, fol. lanceolatis sericeis, ramis filiformibus, caule decumbente. Th. Cor. luteo-tomentosa. Th.

54. *saligna*, fol. lanceolatis sericeis, caule fruticoso, capitulis oblongis involucratis. Thunb. Pluck. Mant. t. 229. f. 4.

55. *argentea*, fol. lanceolatis argenteo-tomentosis ciliatis, caule arboreo. capitulis globosis. Thunb. Folia nitidissima argentea.

****** *Oblongae : foliis oblongis, ovatis.*

56. *acaulis*, fol. oblongis capituloque globoso glabris, caule decumbente brevissimo. Thunb. Boerh. t. 191.

57. *myrtifolia*, fol. oblongis glabris, capitulis terminalibus aggregatis. Caul. tripedalis. Fol. apice glandulosa, basi obliqua.

58. *grandiflora*, fol. oblongis venosis capituloque hemisphaerico glabris, caule arboreo. Thunb.

59. *glabra*, fol. oblongis aveniis capituloque hemisphaerico glabris, caule fruticoso. Thunb.

60. *formosa*, fol. lanceolatis pubescentibus, caule villoso, capitulo hemisphaerico, (aurantio.) Andrew. t. 17.

61. *speciosa*, fol. oblongis glabris, capitulo oblongo, squamis calycinis apice barbatis. Thunb. Andrew. t. 103. β. *nigra* calyc. interiorib. apice incurvatis barbatis nigris. Capit. obovatum. Squam. calycinae : rubrae, sub apice villo longo nigro barbatae. : γ *rubra*. Andr. t. 250. δ. *latifolia*, fol. ovatis rubro-marginatis, squamis calycinis apice incurvis incarnatis. Andrew. t. 110. Capit. rotundum. An diversa species?

62. *longifolia*, fol. sublinearibus basi angustis obliquis, squamis calycinis interioribus lanceolatis erectis, capitulo longo cylindrico. Andrew. t. 132.

β *ferruginoso-purpurea*, capitulo subgloboso. Andrew. t. 133.

γ. *turbinata*, capit. turbinato. Andrew. t. 144. Flor. plumis atropurpureis. A.

63. *Totta*, fol. ovatis glabris callosis capitulo ovato, corol. cylindricis hirtis. Th.

* *venosa*, fol. ovatis nudis venosis imbricatis, ramis villosis, capitulis pluribus subterminalibus. Lam. ill. p. 234.

64. *longiflora*, fol. ovato-ellipticis nudis imbricatis subsessilibus, ramis villosis, capitulo oblongo. Lam. l. c. Boerh. t. 199?

65. *chamaelea*, fol. lanceolatis obtu iuiculis basi attenuatis nudis, capitul. terminalibus glabris involucratis. Lam. p. 237. Breyn. cent. t. 9?

66. *hirta*, fol. ovatis glabris, florib. lateral. Th. Boerh. t. 194. Hab. in campis infra Taffelberg. Caul. villosus tripedalis.

67. *pubera*, fol. ovatis capitulisque terminalibus tomentosis. Thunb. Habit. in summis montibus Hottentotts Holland. Fol. elliptica, breviuscula. Caulis bipedalis. Var. fol. ovatis et oblongis. Thunb.

68. *divaricata*, fol. ovatis hirtis, capitulis terminalibus, ramis divaricatis Th. P. dichotoma. Lam. Caul. pedalis, flexuosus. Capit. fol. obvallatum.

****** *Rotundatae: fol. subrotundis.*

69 *spathulata*, fol. spathulatis subcucullatis glabris. Thunb. Diss. t. 5. f. 3.

*. *concava*, fol. ovalib. concavis imbricatis subsessilibus, ramis villosiusculis, capitulis aggregatis. Lam. ill. gen. p. 234.

70. *Cynaroides*, fol. subrotundis petiolatis glabris. Thunb. Boerh. t. 184. Hab. ad Cap. b. spei in summitatibus montium. Caul. rugosus simplex vix pedalis. Capitul. magnitudine fere capitis infantis.

71. *cordata*, fol. cordatis. Thunb. Hab. in montibus Hottentotts Holland. Caulis decumbens, striatus, spithamaeus. Fol. subrotunda, inferiora palmaria. Th.

214. LAMBERTIA. Perianthium commune imbricatum, squamis interioribus longioribus, 1-florum. *Cor.* 4-fida, laciniis revolutis staminiferis. *Caps.* tricornis, 1-locularis, disperma.

1. *formosa*. Frutex ramis virgatis, foliis ternis. Cav. ic. 6. p. 32. t. 547. Smith. act. Soc. Lin. 4. 1. 20. Andrew. t. 69. Protea nectarina. Sert. Hannov. p. 5. t. 21. Hab. in N. Hollandia. Cor. coccinea.

215. CONOSPERMUM. *Cal.* o. *Cor.* 1-petala ringens, staminifera: labium superius fornicatum; inferius trifidum. *Stigm.* obtusum. *Sem.* 1, nudum, pappo coronatum. *Smith.* in act. soc. Linn. v. 4.

1. *Smithii*. Hab. in Australasia. Frutex. Plures species hujus generis existere videntur, quarum descriptio a cl. autore expectanda est.

216. BANKSIA. Infloresc. strobiliformis, solitaria. *Cor.* 4-petala. *Stamina* limbo inserta. *Caps.* 2-valv. 2-sperma, interjecto seminibus dissepimento sensibifido. *Sem.* alata.

1. *serrata*, foliis linearibus in petiolum attenuatis aequaliter serratis, apice truncatis cum mucrone. Lin. suppl. 126. Car. ic. 6. t. 540. Andrew. t. 82. Willd. Sp. t. 535. Banksia conchifera. Gaert. sem. 1. p. 221. t. 48. f. 1. Hab. in Nova Hollandia, ubi omnes formosae hujus generis species crescunt, quae ♄ sunt.

2. *dentata*, fol. oblongis in petiolum attenuatis curvis flexuosis dentatis: dentibus spinula terminatis, subtus albis. Lin. supp. p. 127. Wendl. Hort. Herrenhus. t. 8.

3. *integrifolia*, fol cuneiformibus integerrimis, subtus tomentoso-albis. Cav. ic. 6. t. 546. Banksia spicata. Gaert. sem. 1. p. 221. t. 48. f. 2.

4. *praemorsa*, fol. cuneatis praemorsis serratis, subtus albo-punctatis, flor. externe purpureis. Andrew. t. 258. Spica ovata maxima.

5. *microstachia*, fol. lanceolato-linearibus serrato-spinosis subtus tomentosis albis, (flor. tomentosis luteo-croceis). Cavan. ic. 6. p. 28. t. 541. An ab antecedente satis diversa?

6. *oblongifolia*, fol. oblongis serratis, subtus tomentosis, caule arboreo. Cav. l. c. t. 542. Rami villosi. Spica elliptica. Cor. luteo-aurea. Fol. ovato-lanceolata. C.

7. *Robur*, fol. ovato-oblongis serrato-spinosis sparsis, subtus ferrugineo-tomentosis. Cav. l. c. p. 29. t. 543. Cresc. in Botany-Bay. Fol. sinuato-serrata, Querc. similia.

8. *salicifolia*, fol. aparsis oblongis integerrimis, apice breviter mucronatis. Cav. l. c. p. 31. Frutex orgyalis, ramis tomentosis. Fol. subtus primo ferruginea, dein alba. Cav.

9. *marginata*, fol. linearibus truncatis margine revoluto, caps. compressis. Cav. l. c. p. 29. t. 544. Frut. 4-5-pedalis. Fol. subtus albo-tomentosa. C.

10. *oleaefolia*, fol. verticillatis sublanceolatis integerrimis subtus tomentosis albis. Cav. 6. p. 30. t. 545.

11. *spinulosa*, fol. linearibus revolutis mucronulatis. apicem versus denticulato-spinosis. Smith. Nov. Holl 1. p. 13. t. 4. Cav. ic. 6. p. 25. t. 537.

12. *ericaefolia*, fol. approximatis acerosis truncato-emarginatis glabris. Lin. supp. p. 227. Cav. l. c. t. 538. Fol. hujus minima positum est a cel. Smith. in Act. Soc. Lin. v. 4.

217. HAKEA. Flor. distincti. *Cal.* communis imbricatus polyphyllus : squamis deciduis (Gemma ?). *Cor.* 4-petala : petalis linearibus apice concavis ibique staminiferis. Germen pedicellatum, basi glandulosum. *Caps.* lignosa, 2-valvis, 2-sperma. *Sem.* 2, alata.

1. *pugioniformis*, caule fruticoso, fol. alternis teretibus mucronatis, capsulis pugioniformibus. Cav. ic. 6. p. 24. t. 533. Hakea glabra. Sert. Hannov. p. 27. t. 17. Hab. in sinu Botanico, in Nov. Hollandia cum reliquis speciebus.

2. *gibbosa*, caule fruticoso, fol. sparsis numerosis teretibus, caps. ovatis gibbosis rugosis. Cav. t. 534. Banksia gibbosa. White. it. p. 224. ic.

3. *dactyloides*, fol. alternis ovato-lanceolatis rigidis trinerviis, caps. globoso-ovatis scabris. Cav. l. c. p. 25. t. 535. Banksia dactyloides. Gaertn. t. 47.

4. *pyriformis*, caul. arboreo, fol. lanceolatis oppositis, flor. spicatis oppositis capsulis pyriformibus. Cav. p. 25-26. t. 536. Banksia Gaertn. l. c. l. 1. White. p. 224. Caps. pubescentes.

Obs. Genus vix a *Banksia* diversum, flor. forma et fol. integerrimis ab ea distinctum, eique nomen *Conchium* quoque impositum est a cel. Smith. in Act. Soc. Lin. v. 4.

218. BRABEJUM. Polygamum. *Amentum* squamis ovatis obtusis. *Cor.* 4-partita : laciniis revolutis, basi staminiferis. *Drupa* sicca subrotunda, villosa, 1-sperma.

1. *stellulifolium*. Lin. Syst. pl. ed. Reich. 4. p. 327. Lam. enc. t. 847. Pluck. alm. t. 265. f. 3. Hab. ad Cap. b. sp. Fol. lanceolata, subsinuata, Myricaeformia. ♄

219. RUPALA. *Cal.* o. *Petala* 4 basi cohaerentia, *Stamina* medio petalorum inserta. *Pericarp.* 1-lo ul. monospermum ?

1. *montana*, fol. ovatis petiolatis. Willd. Sp. 1. p. 536. Hab. in insula Cajennae. ♄

2. *sessilifolia*, fol. cuneato-oblongis sessilibus. Willd. Richard, in Act. Soc. Hist. Nat. Paris. 1. p. 106. Habit. eum priore. ♄

Obs. An forsan Embothrii species ? cum flores conveniant et fructus ignotus sit.

220. EMBOTHRIUM. *Cal.* o. *Cor.* tetrapetala. *Stamina* limbo petalorum inserta. *Folliculus* polyspermus. *Sem.* alata, imbricata.

1. *speciosissimum*, fol. obovatis obtusis dentatis, corymbo capitato involucrato. Willd. Sp. 1. p. 538. Emb. fol. obovatis obtusis inaequaliter serratis, spica subcapitata, involucro polyphyllo. Smith. Nov. Holl. 1. p. 19. t. 7. Hab. in Nova Hollandia. ♄

2. *coccineum*, fol. ellipticis integerrimis, racemo terminali coarctato. Willd. l. c. E. *emarginatum*. Flor. Peruv. 1. p. 62. t. 95. Ad fretum Magellanicum et in Terra del Fuego. ♄

3. *grandiflorum*, fol. ovatis integerrimis, racemis elongatis, corollis fissis quadrilobis. Willd. l. c. p. 538. Lam. encyclop. 2. p. 351. Hab. in Peru. ♃

4. *umbellatum*, fol. oblongis integerrimis aveniis, umbellis axillaribus pedunculatis. Willd. p. 539. Lin. suppl. 228. β? *salignum*. Andrew. t. 215. Hab. in Nova Caledonia. ♄

5. *lanceolatum*, fol. lanceolato-linearibus integerrimis. Flor. Per. 1. p. 62. t. 96. Hab. in collibus et montibus excelsis in R. Chilensi.

6. *obliquum*, fol. ovatis serratis glabris, petalis apice obliquis. Fl. Per. p. 63. t. 97. Hab. eum priore. Frutex 2-orgyalis. Pedicelli villosi.

β? *hirsutum*, fol. cordato-ovalibus subdentatis, racemulis brevibus, pedunculis ramisque villosis. Lam. ill. p. 245. Habit. in Peru.

7. *monospermum*, fol. ovatis serratis lanuginosis, folliculis monospermis. Fl. Per. l. c. t. 98. Arbor triorgyalis, quae in Peruviae montib. crescit.

8. *pinnatum*, fol. simplicibus pinnatisque. Fl. Per. l. c. t. 99. f. a. Hab. in Munna, ruderatis et versuris. Arb. 4-orgyalis, vere florens.

9. *sericeum*, fol. ternis lanceolatis integerrimis, margine revolutis subtus sericeis, racemo terminali coarctato, folliculo tuberculato glabro. Willd. p. 539. Smith. Nov. Hol. 1. p. 25. t. 9. E. cytisoides. Cav. ic. 4. p. 50. t. 386. f. 2. Hab. in Nova Hollandia. ♄ Var. foliis : β. E. *linearifolium*. Cav. t. 386. f. 1.

10. *filaifolium*, fol. tripinnatifidis : laciniis decurrentibus acutis, flor. spicatis geminatis pedicellatis. Smith. l. c. p. 23. t. 8. E. herbaceum. Cavan. ic. 4. p. 58. t. 384.

221. GUEVINA. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala : petalis apice concavis, tribus revolutis. *Stam.* cavitatibus petalorum insidentia. *Drupa* monosperma.

1. *Avellana*. Molin. Chil. p. 198. Quadria *heterophylla*, fol. pinnatis bipinnatisque, racemis longis simplicibus. Flor. Peruv. 1. p. 63. t. 99. f. 6. Hab. in sylvaticis Regn. Chilensis. Arbor 6-orgyalis, utilissima. — Nuclei sapore grati.

222. PERSOONIA. *Cal.* o. *Cor.* primo conica, quadrifida, laciniis revolutis, basin versus staminiferis. *Glandulæ* 4 ad basin germinis. *Drupa* monosperma.

1. *laurina*, foliis ovatis coriaceis, flor. subracemosis tomentosis.

2. *salicina*, fol. oblongis lato-lanceolatis, flor. racemosis.

3. *lanceolata*, fol. lanceolatis, flor. sparsis. Andrew. t. 74. Linkia laevis. Cav. ic. 4. p. 61. t. 389?

4. *linearis*, fol. linearibus subvillosis? Andrew. t. 77. Flor. flavi uti in antecedente.

5. *hirsuta*, villoso-hirsuta, fol. linearibus margine revolutis.

Obs. Cel. Smith, vir tam animi candore, quam cognitione in Histor. naturali venerabilis, in Act. Soc. Linnaeanae, v. 4, hoc genus constituit ejusque species mecum benevole communicavit, quae omnes frutices sistunt, foliis alternis et fructibus edulibus distinctos quintamque orbis partem, nempe Australiam s. Novam Hollandiam, incolunt.

223. GLOBULARIA. *Cal.* communis imbricatus; proprius tubulatus, inferus. *Cor* labio superiore 2-partito : inferiore tripartito. *Receptac.* paleaceum. (Flor. aggregati.)

1. *longifolia*, caul. fruticoso, foliis omnibus lineari-lanceolatis integerrimis capitulis axillaribus. Ait. Kew. 1. p. 130. Willd. sp. 1. p. 539. Sloan. jam. 124. hist. 1. p. 19. t. 5. f. 3. Hab. in Madera. ♄.

2. *Alypum*, caul. fruticoso, fol. lanceolatis tridentatis integrisque, capitulis terminalibus Ait. Kew. 1. p. 131. Lam. encycl. 2. p. 724. Alypum monspeliensium, s. Frutex terribilis. Bauh. hist. 1. p. 598. Hab. in Europae meridionalis sylvis ad rupes et saxosa. ♄

3. *bisnagarica*, caul. fruticoso, fol. radicalibus cuneiformibus retusis; caulinis lanceolatis. L. Sp. pl. 139. Hab. in Bisnagariae sylvis. ♄

4. *linifolia*, caul. herbaceo, folioso, fol. radicalibus spathulatis rigidis apice tridentatis, caulinis angustis lineari-lanceolatis acuminatis. Lam. encycl. 2. p. 722. G. caespitosa. Ortega. Hab. in Hispania. ♃

5. *vulgaris*, caul. herbaceo fol. radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. Hab. in apricis, montosis, subalpinis.

6. *spinosa*, fol. radicalibus crenato-aculeatis, caulinis integerrimis mucronatis. Lam. encyc. 2. p. 722. In Granadae montibus. ♃

7. *cordifolia*, caule subnudo fol. cuneiformibus tridentatis : dente intermedio minimo. L. Mill. Lam. ill. gen. t. 56. f. 2. Moris. s. 6. t. 15. f. ult. Hab. in Pannonia, Austria, Helvetia, Pyrenaeis. ♃

8. *nana*, scapis nudis brevissimis : fol. ovato-spathulatis integerrimis. Lam. encyc. 2. p. 723. In Gall. australi, Pyrenaeis.

9. *nudicaulis*, caule nudo, fol. integerrimis lanceolatis. Moris. s. 6. t. 15. f. 4.

Hab. in Pyrenaeis et Austriae, Helvetiae montibus. ♃

10. *orientalis*, caule subnudo, capitulis alternis sessilibus, fol. lanceolato-ovatis integris. Hab. in Natolia. ♃

224. CEPHALANTHUS. *Cal.* communis o: proprius superus, infundibuliformis. *Recept.* globosum, pilosum. *Caps.* 2-4-partibilis. *Sem.* solitaria, oblonga.

1. *occidentalis*, fol. oppositis ternisque. Lin. Lam. ill. p. 257. t. 86. Pluck. alm. 336. t. 77. f. 4. Hab. in Amer. septentrionali. ♄

225. DIPSACUS. *Cal.* communis polyphyllus; proprius superus. *Recept.* paleaceum. (Flor. compositi.)

1. *fullonum*, fol. sessilibus serratis, paleis uncinatis. Wil d. sp. 1. p. 543. Carduus fullonum. Lobel. ic. 2. t. 17. Hab. in Europa australi. ♂

2. *sylvestris*, fol. sessilibus serratis, paleis rectis, involucro capitulo longioribus. Jacq. aust. 5. t. 402. Hab. ad vias in humidiusculis. ♂

3. *laciniatus*, fol. connatis sinuatis. Hab. in Alsacia (Colmar), Germania, Carniolia, Gallia; (prope Dijon). ♂

4. *pilosus*, subparvus, fol. petiolatis appendiculatis. L. Jacq. Flor. austr. t. 248. Hab. in sylvis, praesertim calcareis. Capit. globosa. ♂

226. SCABIOSA. *Cal.* communis polyphyllus: proprius duplex superus. *Recept.* paleaceum aut nudum. (Flor. compositi.)

* *Corollulis quadrifidis.*

1. *alpina*, corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis, floribus cernuis, foliis pinnatis; foliolis lanceolatis serratis. Willd. sp. pl. Lin. p. 545. Dipsacus foliis pinnatis, pinnis serratis, capitulis globosis. Hall. helv. n°. 200. Hab. in alpibus. ♃

2. *ustulata*, cor. quadrifidis aequalibus, calycis squamis acutis, fol. lyratis dentatis. Thunb. prod. 29. Hab. ad Cap. b. Spei.

3. *rigida*, coroll. quadrifidis subradiantibus, calycibus imbricatis obtusis, fol. lanceolatis serratis auriculatis. Lin. Thunb. prod. p. 28. Comm. hort. 2. p. 185. t. 93. Hab. in Aethiopia, et ad Cap. b. sp. ♄ Caul. suffruticosus, scaber.)

4. *attenuata*, coroll. quadrifidis aequalibus, calycib. imbricatis; squamis oblongis obtusis, fol. linearibus glabris integris basique pinnatifidis. Aiton. Kew. 1. p. 134. S. *trifida*. Thunb. prod. 28. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

5. *scabra*, coroll. quadrifidis aequalibus, calycis squamis obtusis, fol. bipinnatifidis scabris rigidis. Thunb. prod. 29. Lin. supp. 118. Ad Cap. b. spei. ♃ Caul. teretes simplices scabri.

6. *transylvanica*, corol. quadrifidis aequalibus, calycibus paleisque aristatis, fol. radicalibus lyratis. Jacq. hort. t. 111. Moris. s. 6. t. 13. f. 13. Hab. in Transsylvania. ☉

7. *syriaca*, coroll. quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis paleisque aristatis, caule dichotomo, fol. lanceolatis. Hab. in Syria.

8. *leucantha*, coroll. quadrifidis subaequalibus, squamis calycinis ovatis imbricatis, fol. pinnatifidis. β? Scabiosa trenta. Hacquet. pl. alp. p. 13. t. 4. f. 1. S. *Hacquetii*. Lam. ill. p. 250. Hab. in collibus Narbonae, et in Delphinatu. β. in Carniolia. Flores subglobosi, albi. ♃

9. *corniculata*, cor. 4-fidis aequalibus calyc. squamis obtusis, seminum angulis in cornicula exeuntibus. Waldst. et Kitaib. pl. rar. Hung. p. 11. t. 13. In apricis Banatus et Transylv.

10. *centauroides*, coroll. quadrifidis subaequalibus, fol. radicalibus integerrimis, caulinis decussive pinnatis, cal. imbricato. Lam. ill. p. 250. Hab. in Galloprovinciae alpibus. Flor. ochroleuci.

11. *parviflora*, coroll. quadrifidis subaequalibus, caul. dichotomo, fol. inferiorib. obovatis crenatis, capitul. ovatis. Desf. Alt. t. p. 119. Vaill. Acad. 1722. p. 181. Hab. in Algeria. Cor. parva subvillosa. Cal. interior brevissimus. D.

12. *succisa*, coroll. quadrifidis aequalibus, caul. simplici, ramis approximatis, fol. lanceolato-ovatis; caulinis subdentatis, flor. subglobosis. Curt. Lond. t. 20. Hab. in Europae pascuis, humidiusculis. Flor. autumno. Rad. praemorsa.

13. *integrifolia*, coroll. quadrifidis radiantibus, fol. indivisis; radicalibus ovatis serratis integris, rameis lanceolatis; caul. herbaceo. L. Roth. germ. I. 58. II. 164. Hab. Monspelii et in Helvetia. ☉. Corolla ru-

bra. Folia radicalia Bellidis. Calyx 10-phyllus; flore brevior.

14. *amplexicaulis*, coroll. quadrifidis radiantibus. fol. amplexicaulibus lanceolatis integerrimis: radicalibus trifidis crenatis. Lin. Hab...

15. *humilis*, coroll. quadrifidis inaequalibus, calycis squamis obtusis, fol. linearibus dentato-pinnatifidis. Thunb. prod. 28. Hab. ad Cap. b. spei cum sequente.

16. *decurrens*, coroll. quadrifidis inaequalibus, calycis squamis ovatis, fol. pinnatifidis: pinnis decurrentibus. Thunb.

17. *tartarica*, coroll. quadrifidis radiantibus, caule hispido, fol. lanceolatis pinnatifidis: lobis subimbricatis. Gmel. it. 1. p. 159. Act. ups. 1744. p. 11. t. 1. Hab. in Tartaria. Planta 12-pedalis. Flor. lutei. ♂

18. *arvensis*, coroll. quadrifidis radiantibus, fol. pinnatifidis incisis caule hispido. Curt. Flor. Lond. t. 13. Hab. in arvis, pratis.

* *dubia*, coroll. quinquefidis radiantibus aequalibus, involucro tetraphyllo. Moench. hass. n°. 116. t. 3. Hab. in monte Meisner in Hassia.

19. *uralensis*, coroll. quadrifidis radiantibus, fol. radicalibus simplicibus, caulinis decussive pinnatis, paleis aridis apice reflexis. Murr. goett. 1782. p. 13. t. 4. Hab. in Sibiria. ⊙

20. *sylvatica*, coroll. quadrifidis radiantibus, fol. omnibus indivisis ovato-oblongis serratis, caule hispido. Jacq. austr. 4. t. 362. Hab. in Austriae, Helvetiae, Germaniae, Galliae sylvaticis et pratis montosis.

21. *longifolia*, coroll. 4-fidis radiantibus, fol. oblongis lanceolatis integerrimis, caule inferne glabro. Pl. rar. Hung. p. 4. t. 5. Cresc. in alpib. Marmaronensibus. Rad. multiceps. Sem. hirsuta. Priori affinis.

22. *canescens*, tomentoso-canescens, coroll. quadrifidis radiantib. caul. multifloro, fol. radicalib. ovato-lanceolatis, caul. pinnatifidis pinnatisque. Plant. rar. Hung. p. 53. t. 53. Hab. in Hungaria, Bohemia, et Germania, in montosis, collibus. Confunditur cum S. *columbaria*; differt vero tomento, cal. fol. obtusis, radio 2-3 brevior. Nonnunquam occurrit caul. 1-floro et tunc cum pyrenaica non male congruit. *Loc. cit.*

23. *pyrenaica*, coroll. quadrifidis radiantibus, fol. tomentosis integris, dentatis et pinnatifidis, caul. 1-floro. Willd. sp. 1. p. 552. Allion. pedem. t. 25. f. 2. Boc. mus. p. 22. t. 6. Hab. in Pyrenaeis, Sabaudia et Helvetia. ♃

** *Corollulis quinquefidis.*

24. *gramuntia*, coroll. quinquefidis, calycib. brevissimis, fol. caulinis bipinnatis filiformibus. Sauv. monsp. p. 268 Desf. Atl. 1. p. 120. Hab. Monspelii et in Barbaria ♄

25. *columbaria*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus ovatis lyratisque crenatis, caulinis pinnatis linearibus. Flor. dan. t. 314. Habit. in Europae agris siccioribus.

26. *daucoides*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. bipinnatis, cal. communi villoso pinnatifido. Desf. Atl. 1. p. 123. t. 38. Hab. in collib. Algeriae.

27. *grandiflora*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. radicalib. oblongis crenatis: caulin. pinnatifidis; pinnis lanceolatis linearibus patulis. Scop. Delic. Insub. 3. p. 29. t. 14. Desf. l. c. Hab. in Barbariae arvis. Affin. *columbariae*: differt fol. pinna terminali lanceolata.

28. *tomentosa*, coroll. quinquefidis inaequalibus, fol. tomentosis: radicalibus pinnatifidis caespitosis, caulinis pinnato-linearibus. Cav. ic. 2. p. 66. t. 183. Hab. in Regni Valentini montib. Cor. dilute violacea. Fol. albido-cinerea. ♄

29. *lucida*, cor. quinquefidis. fol. radicalibus lanceolatis acute serratis glabris, caulinis bipinnato-setaceis. Villars Dauph. 2. p. 293. In Delphinatus sylvaticis, pratis alpestribus. Fol. radicalia lucida, saepius incisa.

30. *sicula*, coroll. quinquefidis aequalibus calyce brevioribus, fol. lyrato-pinnatifidis. L. Jacq. hort. 1. p. 5. t. 15. Hab. in Sicilia. Caulis ruber, debilis. Pappus corona campanulata, plicata, multidentata, centro octocalloso. L. ⊙

31. *rutaefolia*, coroll. quinquefidis, fol. pinnatis summis linearibus, calycibus monophyllis quinquefidis. Vahl. symbol. 2. p. 26. Bocc. sic. p. 95. t. 52. Hab. Tuneti circa Cap. Zebibo et in maritimis Siciliae. Corollae subaequales, calyce vix longiores, paucae villosae.

32. *maritima*, coroll. quinquefidis radiantibus calyce brevioribus, fol. pinnatis: summis linearibus integerrimis. Habit. in Sicilia, Monspelii. ⊙

33. *stellata*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. dissectis, receptaculis florum subrotundis. Clus. hist. 2. p. 1. icon. Lob. ic. 539. Hab. in Hispania, praesertim in agro Granatensi, et in Barbaria. ⊙. Pap-

pus stellae limbo rotato, membranaceo, radiato setis 40.

β? *simplex*, caul. superne nudo, fol. bipinnatifidis villosis : foliol. linearibus acutis, cal. seminis maximo campanulato. Desf. Atl. 1. p. 136. t. 39. f. 1.

34. *prolifera*, coroll. quinquefidis radiantibus, flor. subsessilibus, caule prolifero, fol. indivisis. Herm. parad. 125. t. 125. Hab. in Aegypto et Barbaria. ⊙

35. *atropurpurea*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. dissectis, receptaculis florum subulatis. Hab. in India? Var. quoad Corollae colorem. ⊙

36. *argentea*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. pinnatifidis : laciniis linearibus, pedunculis longissimis, caule tereti. Desf. Atl. 1. p. 121. β. Hab. in Oriente, et Algeria. ♃.

37. *urceolata*, coroll. 5-fidis radiantibus, cal. multifido urceolato, fol. subcarnosis pinnatifidis. Desf. Atl. 1. p. 102. Bocc. sicul. t. 40. f. 3 et t. 52. Moris. s. 6. t. 13. f. 24. Hab. ad maris littora.

38. *indurata*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. ovato-lanceolatis erosis basi dentatis, caule rigente. Mant. Sc. altissima. Jacq. hort. 2. t. 185. Hab. in Africa. ♄. Panicula dichotoma : prima dichotomia pedunculifera, reliquis apice proliferis. S. africanae varietas? L.

39. *africana*, coroll. quinquefidis aequalibus, fol. simplicibus incisis, caule fruticoso. Herm. parad. 219. t. 219. Hab. in Africa, Oriente. Plures dantur varietates vid. Willd. p. 556.

40. *monspeliensis*, coroll. quinquefidis aequalibus, calyce brevioribus, fol. omnibus pinnatis ciliatis. Jac. ic. rar. 1. tab. 24. Misc. 2. p. 320. Hab. Monspelii. ♂

41. *pumila*, coroll. quinquefidis radiantibus, subacaulis, fol. pilosissimis : radicalibus lyratis, caulinis pinnatis incisis. Scabiosa *acaulis*. Thunb. prod. 29? Hab. ad Cap. b. spei.

42. *cretica*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. congestis lanceolatis subintegerrimis, caule fruticoso. L. Hab. in Creta. ♄

43. *saxatilis*, coroll. subquinquefidis subaequalibus, fol. lanceolatis integerrimis subtus tomentosis, caulinis connatis, caul. herbaceo. Cav. ic. 2. p. 68. t. 184. Hab. in saxor. fissuris regni Valentini. Cor. alba. ⊙

44. *limonifolia*, coroll. quinquefidis aequalibus, fol. cuneiformibus integerrimis, subtus rugosis incanis. Vahl. symb. 2. p. 27. Hab. in Sicilia. Fol. inferne fere Statices Limonii. ♄

45. *graminifolia*, coroll. quinquefidis radiantibus, fol. lineari-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo. Amoen. acad. 4. p. 267. Bauh. prodr. 127. t. 127. Moris. s. 6. t. 15. 1. 36. Hab. in alpibus Europaeis et in Barbariae collibus.

46. *lyrata*, coroll. radiantibus, laciniis integris, fol. inferioribus oblongis serratis, superioribus basi pinnatifidis. Vahl. symb. 2. p. 27. Hab. ad Dardanellos.

47. *palaestina*, coroll. quinquefidis radiantibus : laciniis omnibus trifidis. fol. indivisis subserratis : summis basi pinnatifidis. Mant. 37. Gouan. illustrat. p. 5. Hab. in Palaestina. Flores albi, aut citrini. Fructus Sc. stellatae. ♃

48. *isetensis*, coroll. quinquefidis radiantibus calyce longioribus, fol. bipinnatis linearibus. Mant. 37. Hab. in Sibiriae Isetensis rupibus. Semina ut in priore.

49. *ucranica*, corol. quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus pinnatifidis : caulinis linearibus basi subciliatis. Gmel. sib. t. 87. Hab. in Ucrania.

50. *ochroleuca*. coroll. subquinquefidis radiantibus, fol. radicalib. bipinnatis linearibus. S. tenuifolia. Roth. germ. I. p. 59. II. 167. Moris. s. 9. t. 13. f. 23. Barr. ic. 770. f. 2. Hab. in pratis siccis. ♂

51. *banatica*, coroll. 5-fidis radiantibus, fol. radicalib. lyratis : caulinis subbipinnatis, calycib. discum aequantibus. Plant. rar. Hungar. p. 10. t. 12. In saxosis Banatis ad Ciklovam. Affin. S. ochroleucae. Cor. rubellae.

52. *papposa*, coroll. quinquefidis inaequalibus, caule herbaceo erecto, fol. pinnatifidis, seminibus aristatis plumosoque papposis Syst. veg. Hab. in Creta. Knautiam refert. Caulis filiformis, brachiatus.

53. *pterocephala*, subacaulis, coroll. quinquefidis, caule procumbente fruticoso, fol. laciniatis hirsutis, pappo plumoso. Pterocephalus perenn. humilis laciniatus et incanus. Vaill. act. 1722. p. 184. Hab. in Graecia? ♄

227. KNAUTIA. *Cal.* communis oblongus, simplex, quinqueflorus; proprius simplex, superus. *Cor.* irregulares. *Recept.* nudum. (Flor. aggregati.)

1. *orientalis*, foliis incisis, corollulis quinis calyce longioribus. L. Willd. sp. 1. p. 561. Hab. in Oriente. ⊙. Semina compressa, apice multidentata.

2. *propontica*, fol. superioribus lanceolatis integerrimis, corollulis denis calyci aequalibus. Tilli. pis. 151. t. 48. In Oriente. Sem. corona 15-dentata ciliata. ♂

3. *palaestina*, fol. integris, calycibus hexaphyllis, seminibus papposis. Habit. in Palaestina. Semin. pappus radiis octo villosis. ⊙

4. *plumosa*, fol. superioribus pinnatis, calycibus decaphyllis, seminibus papposis. Hab. in Oriente. Pappus radiis 12, pilosis longis. ⊙

228. ALLIONIA. *Cal.* communis oblongus, simplex, triflorus; proprius obsoletus, superus. *Corollulæ* irregulares. *Recept.* nudum. (Flor. aggregati.)

1. *violacea*, foliis cordatis, calycibus quinquefidis trifloris. Sp. pl. Hab. in Cumana.

2. *incarnata*, fol. oblique cordatis altero majore, calycibus triphyllis trifloris. L'Herit. strip. 63. t. 31. Flor. Peruv. 1. p. 49. Wedelia. Loefl. it. 180. Hab. in rupibus et arenosis Peruvianis. ⊙

229. OPERCULARIA. *Cal.* communis monophyllus, campanulatus inæqualiter dentatus; proprius o. *Corollulæ* 4.-5-fidae, æquales. *Recept.* claudens operculiforme, cui semina inferne affixa.

1. *umbellata*, flor. umbellatis monandris. Willd. sp. p. 563. Gaert. sem. 1. p. 112. t. 24. Hab. in Nova Hollandia.

2. *aspera*, flor. capitatis, calyce sulcato glabro. Willd. p. 564. Gaert. sem. 1. p. 112. t. 24. f. 4. Hab. in Nova Zeelandia cum sequente.

3. *diphylla*, flor. capitatis, cal. hispido. Willd. l. c. Gaert. sem. 1. p. 113.

230. CRYPTOSPERMUM. *Cal.* communis hexaphyllus: foliolis patentibus, inaequalibus; proprius? e paleis receptaculi, triphyllus. *Corollulæ* (sub-20) quadrifidæ, primo ovatæ. *Receptac.* globosum, paleaceum, subtus seminiferum. (Capsulæ 1-loculares in receptac. subglobosum coalitæ, medio longitudinaliter dehiscentes. *Young.*)

1. *Youngii.* Opercularia paleata. Thomas Young. In Act. Soc. Lin. 3. p. 30. c. icone. Hab. in N. Hollandia. Flores aggregati ut in priore genere, a quo calyce polyphyllo et receptaculi forma satis differt. ♄

231. EVEA. *Cal.* communis polyphyllus: foliolis 4 exterioribus latioribus; proprius quadridentatus. *Cor.* infundibuliformis. *Pericarp.* . . . (Flor. aggregati.)

1. *guianensis*, capitul. axillaribus brevissime pedunculatis. Lam. ill. p. 258. t. 59. Aubl. Hab. in Guyana. †

232. HEDYOTIS. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis. *Caps.* 2-locularis, polysperma, infera. *Recept.* dissepimento undique adnata. *Gærtn.*

1. *fruticosa*, fol. lanceolatis petiolatis, corymbis terminalibus involucratis. Lin. Willd. sp. 1. p. 564. Fl. zeyl. 63. In Zeylona.

2. *racemosa*, fol. lanceolatis, racemis axillaribus et terminalib. nudiusculis. Lam. encycl. 3. p. 76. t. 62. f. 2. Rheed. mal. 10. p. 49. t. 25. Hab. in India.

3. *auricularia*, fol. lanceolato-ovatis, flor. verticillatis. Burm. zeyl. 227. t. 108. f. 1. Hab. in Zeylona. ♄

4. *hispida*, fol. lineari-lanceolatis hispidis, flor. verticillatis. Retz. obs. 4. p. 23. Hab. in China.

5. *maritima*, fol. ovalibus obtusis, flor. oppositis sessilibus. In India orientali. Caul. herbacei prostrati.

6. *pumila*, fol. ovatis acutis, flor. alternis pedunculatis. Lin. suppl. Hab. in Tranquebaria. Facies Anagallidis.

7. *setosa*, fol. ovatis acutis cum acumine, flor. verticillatis. Flor. Peruv. 1. p. 56. t. 88. f. a. Hab. in Andium montib. in Tarma. ♄

8. *juniperifolia*, fol. linearib. margine revolutis, caul. procumbente ramosissimo, flor. terminalibus ternis. Fl. Per. p. 57. t. 87. Cresc. in Tarmae et Cantae locis frigidis. ♄

9. *thymifolia*, fol. linearibus, margine revolutis, flor. corymbosis. Fl. Per. 1. p. 56. t. 88. Cum priore. ♄

10. *filiformis*, fol. linearibus acuminatis, caul. ramosissimo filiformi repente, flor. solitariis terminalibus. Fl. Per. p. 57. t. 87. b. In Andium alpibus. Herbacea repens, habitu Galii.

11. *conferta*, fol. linearibus acuminatis, caul. ramosissimo repente, flor. terminalibus solitariis. Fl. Per. I. c. 69. a. Habit. in alpib. Cantae et Tarmae. ♄

12. *diffusa*, fol. lanceolatis acutis, flor. alternis pedunculatis, caule procumbente diffuso. Willd. p. 366. Habit. in India orientali.

13. *herbacea*, fol. lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis. Oldenlandia *tenuifolia*. Burm. ind. 37. t. 14. f. 1. Hab. in Zeylona.

14. *graminifolia*, fol. linearibus, caule decumbente, panicula racemosa dichotoma. Vahl. symbol. 2. p. 27. Lin. suppl. 119. Alsine sperguлae foliis, capitulis brevibus duris. Pluck. mant. p. t. 332. f. 2. Hab. in India orientali. Caules filiformes debiles Stellariae gramineae.

15. *virgata*, fol. linearibus, caule erecto, panicula nuda dichotoma stricta, pedunculis lateralibus geminatis. Willd. p. 567. Hab. in Guinea.

16. *rupestris*, fol. quadrifariis subulatis canaliculatis, flor. sessilibus axillaribus, coroll. villosis tubo curvo. Swartz. prod. 29. et Flor. H. americana. Jac. amer. 20. Sloan. hist. 2. t. 202. f. 1. Hab. in rupestribus maritimis Indiae occidentalis. ♄

232. SPERMACOCE. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Sem.* 2, bidentata.

* *Floribus verticillatis.*

1. *tenuior*, glabra, foliis lanceolatis, staminibus inclusis, flor. verticillatis, seminibus hirtis. Willd. sp. 1. p. 568. Dill. elth. 370. t. 277. f. 359. Hab. in Carolina, Jamaica.

2. *coerulescens*, fol. ovatis acutis pilosiusculis laevibus, stipulis floribus verticillatis aequantibus, staminibus exsertis. Vahl. eclog. 1. p. 9. Aublet. t. 19. f. 2. Cresc. cum priore.

3. *prostrata*, glabra, fol. subsessilibus ellipticis acutis, flor. verticillatis, caule prostrato. Willd. Aubl. t. 20. f. 3. Hab. ad ripas Gujanae.

4. *radicans*, glabra, fol. subsessilibus lanceolatis, flor. verticillatis, caule procumbente radicante. Willd. Aubl. t. 20. f. 4.

5. *verticillata*, (*hyssopifolia*), glabra, fol. lanceolatis, verticillis globosis capitatisque. Mill. dict. n°. 2. Dill. elth. t. 277. f. 358. Hab. in Jamaica, Africa. ♄. Odor Trifolii Meliloti.

6. *villosa*, villosa, simplex, fol. ovato-lanceolatis pubescentibus, summis quaternis, flor. verticillatis, stam. inclusis. Swartz.

7. *scabra*, fol. subrotundis cauleque hispido-scabris, flor. verticillatis, stam. exsertis. Willd. sp. pl. 572. Hab. in India orientali. Foliis parvis orbiculatis distincta. W. ♃

8. *articularis*, fol. ellipticis obtusiusculis subscabris. Lin. suppl. p. 119. Hab. in Indiae orientalis apricis argillosis. ⊙

9. *assurgens*, fol. lanceolatis lineatis margine scabris, verticillis parvis. Fl. Per. 1. p. 60. t. 92. Pluck. Alm. t. 136. f. 4? Cresc. in ruderatis Limae et Huanuci, ubi per totum annum floret. ♃

10. *gracilis*, glabra, fol. lanceolatis angustis, ramis inferiorib. oppositis, superioribus dichotomis, verticill. minimis. Flor. Per. p. 61. t. 92. f. a. ⊙

11. *stricta*, fol. lineari-lanceolatis lineatis, flor. verticillatis angustis. Linn. suppl. 120. Hab. in India orientali. ⊙

12. *linifolia*, fol. lineari-lanceolatis villosis laevibus, summis quaternis, flor. verticillatis, stam. exsertis Vahl. eclog. 1. p. 8. Hab. in Cajenna.

13. *spinosa*, suffruticosa, fol. linearibus spinulis ciliatis, flor. verticillatis paucifloris. Swartz. obs. 45. Hab. in Americae calidioris arvis. Folia Rosmarini.

** *Flor. axillaribus.*

14. *longifolia*, glabra, fol. lanceolatis utrinque acutis, margine scabris, verticillis dimidiatis (flor. axillaribus). Vahl. eclog. 1. p. 8. Aubl. Guj. 1. p. 58. t. 21. In Cajenna, Guiana.

15. *latifolia*, glabra (flavescens), fol. ovatis, caule erecto quadrangulari, stipul. calycib. villosis, flor. axillaribus. Lam. ill. p. 274. Aubl. t. 19. f. 1. In Gujana.

16. *aspera*, fol. ellipticis scaberrimis acutis glabriusculis, flor. axillarib. confertis, stam. inclusis. Valh. eclog. 1. p. 10. Aubl. t. 22. f. 6. In India occidentali.

17. *hirta*, scabra, ramosa, fol. ovato-lanceolatis, flor. confertis axillaribus, stam. exsertis. Swartz. prodr. p. 45. Lin. Syst. veg. p. 124. Hab. in Jamaica in graminosis siccis. ⊙

18. *hispida*, hispida, fol. obovatis obliquatis, flor. axillarib. L. Murr. Com. Gott. 3. t. 5. p. 77. Hab. in Zeylona. Cor. violacea turbinato-campanulata. ⊙

*** *Flor. terminalibus capitatis.*

19. *alata*, fol. ovatis, summis sessilib., flor. terminalibus capitatis, caule 4-gono alato repente. Willd. sp. p. 569. Aub. t. 22. f. 7. Hab. in Gujana ad ripas. Flor. caerulei. ♃

20. *hexagona*, fol. ovatis petiolatis, flor. terminalib. (capitatis), caule prostrato 6-gono. Will l. c. Aubl. t. 22. f. 8. C. priore.

**** *Flor. corymbosis.*

21. *sumatrensis*, fol. lanceolatis hispidis, corymbis terminalibus dichotomis. Retz obs. 4. p. 23. Hab. in Sumatra.

22. *peruviana*, fol. lanceolatis nervosis plicatis, flor. dichotomo-corymbosis terminalibus. S. *corymbosa*. Flor. Per. 1. p. 60. t. 91. a. Hab. in Munae ruderatis in Peruvia. Suffruticosa.

23. *procumbens*, fol. linearibus, caule procumbente, corymb. lateralibus pedunculatis. L. syst. veg. 19. p. 124. In India. S. *corymbosa*. L. Sp. pl. ed. 2. p. 149.

134. SHERARDIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Sem.* 2, tridentata.

1. *arvensis*, fol. omnibus verticillatis, flor. terminalibus. Flor. dan. t. 439. Hab. in arvis. ☉

2. *muralis*, fol. floralibus binis oppositis binis floribus. Allion. pedem. n°. 34. t. 77. f. 1. Columm. ecphr. t. 302. Hab. in Italia, et Constantinopoli in vetustis muris. Fruct. reflexi asperi. ☉

3. *fruticosa*, fol. quaternis aequalibus, caule fruticoso. Hab. in iusula Adscensionis An hujus generis? ♄

135. ASPERULA. *Cor.* 1-petala, infundibulifor. *Sem.* 2, globosa.

1. *odorata*, foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis, fructu hispido. Smith. brit. 1. p. 172. Curt. Lond. ic. Hab. in umbrosis, sylvis montosis.

2. *hexaphylla*, fol. senis linearibus, flor. umbellatis terminalibus subsessilibus. Allion. ped. n°. 48. t. 77. f. 3. Hab. in rupibus Pedemontanis. ♃

3. *arvensis*, fol. senis, flor. terminalibus sessilibus aggregatis. Hab. in agris praesertim calcareis. Flor. caerulei.

4. *hirta*, fol. senis linearibus acutis hispidis, flor. terminalibus aggregatis involucro longioribus. Raymond in Bull. d. sciences n°. 41. p. 331. t. 9. Hab. in Pyrenaeis, in siccis, rupestribus, praesertim calcareis. Flor. nivei, extus subpur urascentes.

5. *algerica*, fol. senis linearibus acutis denticulatis, inferioribus hirsutis, flor. aggregatis terminalibus. Desf. Atl. 1. p. 127. (Asp. *hirsuta*). Hab. in collibus Algeriae. Cor. pallide rosea laciniis ovoideis. D.

6. *taurina*, fol. quaternis ovato-lanceolatis, flor. fasciculatis terminalibus. Moris. s. 9. t. 21. f. 1. Hab. in alpibus Helvetiae, Italiae.

7. *crassifolia*, subfrutescens, fol. quaternis oblongis lateralibus revolutis obtusiusculis pubescentibus. Hab. in Creta; Oriente. Flores fasciculati, terminales. Cor. extus pubescentes. ♄

8. *aristata*, fol. linearibus subcarnosis, inferioribus quaternis, fl. subternis aristatis. Linn. suppl. Hab. in Europa australi.

9. *tinctoria*, fol. linearibus: inferioribus senis; intermediis quaternis, caule flaccido, flor. plerisque trifidis. Hab. in Sueciae, Germaniae, Galliae, Siberiae collibus aridis. Rad. rubra. ♃

10. *pyrenaica*, fol. quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, flor. saepius trifidis. Hab. in Pyrenaeis et prope Valentiam.

11. *cynanchica*, fol. quaternis linearibus: superioribus oppositis, caule erecto, floribus quadrifidis. Hab. in pratis aridis ad vias. Cespitosa.

12. *laevigata*, fol. quaternis ellipticis obsolete nervosis laevibus, margine glabris, fructibus scabris. Willd. sp. p. 579. Moris. s. 9. t. 21. f. 4. Hab. in Europa australi. Non confundenda cum Galio rotundifolio.

136. DIODIA. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis. *Caps.* 1-locularis, 2-sperma.

1. *virginica*, caule ramoso procumbente laevi, fructib. hirsutis. Mich. Flor. 1. p. 81. Jacq. ic. rar. 1. t. 29. Lam. ill. t. 63. Hab. in Virginiae aquosis. ♃

2. *simplex*, caule herbaceo simplici erectiusculo laevi, fol. ovato-lanceolatis. Sw.

3. *glabra*, procumbens, glabra, fol. ovali-lanceolatis, verticillis multifloris. Michaux. Flor. 1. p. 82. Hab. in sabulosis sylvarum Carolinae.

4. *verticillata*, caul. herbaceo simplici erecto laevi, fol. lanceolatis verticillatis. Willd. sp. p. 580. Vahl. symb. 2. p. 28. Hab. in insula St. Crucis.

5. *prostrata*, caul. suffruticoso subdiviso, ramis prostratis filiformibus, fol. linearibus hirsutiusculis revolutis. Swartz. prod. 30. Hab. in Jamaica, Cumana. ♄

6. *scandens*, caul. scandente suffruticoso, fol. ovato-lanceolatis rigidis scabris. Swartz: prod. 30. Hab. in Hispaniola. ♄

7. *sarmentosa*, caul. flaccido fruticoso, ramis oppositis patentibus, fol. oblongis acutis scabriusculis. Sw. In Jamaica.

237. HYDROPHYLAX. *Cor.* 1-petala infundibuliformis. *Cal.* quadripartitus. Bacca exsucca angulata 2-locul. dissepimento transverso. *Sem.* solitaria.

1. *maritima.* Lam. ill. t. 76. Lin. suppl. 126. Sarissus anceps. Gaert. sem. 1. p. 118. t. 25. f. 4. Hab. in Indiae arenosis. Facies Arenariae rubrae.

238. KNOXIA. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis. *Sem.* 2, sulcata. *Calycis* unicum folium maius.

1. *zeylanica*, floribus spicatis, fol. glabris. Willd. p. 582. Burm. ind. 34. t. 13. f. 2. Lam. ill. t. 59. f. 1.

2. *corymbosa*, flor. corymbosis, fol. subtus pubescentibus. Willd. Gaert. sem. 1. t. 25. f. 8? Lam. t. 59. f. 2. Hab. in India orientali.

239. CARPHALEA. *Cor.* 1-petala infundibuliformis intus hirta. *Cal.* 4-fidus: laciniis spathulatis scariosis. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis, polysperma.

1. *corymbosa.* Willd. sp. 1. p. 583. Carphalea madagascariensis. Lam. ill. t. 59. f. 4. Hab. in Madagascar.

240. HOUSTONIA. *Cor.* 1-petala infundibulif. *Caps.* 2-locularis, 2-sperma, supera.

1. *coerulea*, fol. radicalibus ovatis (spathulatis), caule composito, pedunculis primis bifloris. L. Moris. s. 15. t. 4. f. 1. H. Linnaei. Michaux. Fl. p. 84-85. Hab. in Virginia. Var magnitudine et flor. albis.

2. *serpillifolia*, caespitosa, fol. ovalibus in petiolum angustatis, pedunc. terminalib. 1-floris longissimis. Michaux. Flor. 1. p. 85. Hab. ad rivulos in montibus Carolinae. Fol. subciliata. Cor. caerulea. ♃

3. *rotundifolia*, repens, fol. suborbiculatis crassiusculis, pedunc. axillarib. 1-floris. Mich. l. c. Cresc. in apricis submarinis Floridae. Sempervirens. Cor. alba.

4. *angustifolia*, erecta ramosissima, fol. linearibus, flor. terminalib. fasciculatis subsessilibus saepe ternis. Mich Hab. in submaritimis uti antecedens. Cor. purpurasc. Caps. subturbinata.

5. *coccinea*, fol. ovato-lanceolatis subternis, caul. suffruticoso, flor. corymbosis. Andrew. Repos. t. 106. Hab. in Mexico.

6. *purpurea*, fol. ovato-lanceolatis, corymbis terminalibus, flor. superis. Knoxia purpurea. Lam. ill. p. 259. Hab. in Virginia. An diversi generis? Coof. Michaux, Flor. 1. p. 86.

241. GALIUM. *Cor.* 1-petala, plana. *Sem.* 2, subrotunda.

* *Fructu glabro, passim scabro nec hispido. Fol. quaterna.*

1. *Rubioides*, fol. quaternis lanceolato-ovatis trinerviis rigidis subtus scabris. caul. erecto, fructibus glabris. Schrad. spicil. p. 10. Hab. in Europa australi et in Sibiria. Caulis firmus, erectus. L.

β? *hyssopifolium*, fol. quaternis inaequalibus lineari-lanceolatis obtusis glabris Hoffm. germ. ed. 2. p. 71. Hab. in pascuis sylvaticis montosis. Caul. erectus (subflaccidus). Panic. trichotoma subovata. H.

2. *articulatum*, fol. ovatis trinerviis scabris, caul. adscendente: articulis nodosis. Lam. ill. 1. p. 260. Hab. in Oriente.

3. *latifolium*, caul. erecto laevi, fol. quaternis amplioribus oblongo-ovalibus trinerviis: margine nervisque subhispidis, pedunc. divaricatis multifloris. Mich. Flor. 1. p. 79. Hab. in Carolinae subalpinis. Flor. violaceo-purpurei.

4. *palustre*, fol. quaternis obovatis inaequalibus, caulib. diffusis. Hab. in paludosis. caul. flaccidus. ♃

5. *trifidum*, fol. quaternis linearibus, caule procumbente scabro, cor. trifidis. Flor. dan. t. 48. In Dania, Canada. Stam. 3.

6. *fruticosum*, fol. quaternis linearibus obtusis glabris, caule tetragono frutescente, seminibus glabris. Willd. p. 585. Tournef. cor. 4. Hab. in Creta. ♄

7. *montanum*, fol. subquaternis linearibus laevibus, caul. debili scabro, sem. glabris. L. Hab. in Germania, Gallia. Inter G. Mollugineam et glaucum medium. Corymbi trifidi. L. ♃

8. *hirsutum*, procumbens hirsutum, fol. quaternis lanceolatis aequalib. caul. ramosissimo, pedunc. 1-floris, fructib. scabris. Flor. Peruv. 1. p. 59. Hab. in Peruvia in Cantae umbrosis. ⊙

9. *corymbosum*, repens, fol. quaternis lanceolatis oblongis, ramulis corymbosis, pedunc. 1-floris, fructib. glabris. Fl. Per. l. c. In alpibus Tarmae. ⊙

10. *ciliatum*, procumbens, fol. quaternis lanceolatis ciliatis aequalibus reflexis, pedunc. 4-phyllis 1-floris, fructib. glabris. Flor. Per. 4. c. Cresc. in collibus aridis Tarmae. Vere.

11. *ovale*, scandens hirsutum, fol. quaternis oblongo-ovalibus acuminatis aequalibus, pedunc. 1-floris, fructib. glabris. Fl. Per. l. c. Hab. in Peruviae versuris et ruderatis. Vere.

12. *croceum*, procumbens, fol. quaternis linearibus ciliatis subtus scabriusculis, pedunc. 1-floris, fructib. glabris rubris. Fl. Per. p. 59. Cum priore.

13. *mucronatum*, diffusum, fol. quaternis linearibus mucronatis aequalib. . corol. 4-fidis, fructibus glabris lacteis. Fl. Per. 1. p. 60. Habit. in aridis Tarmae ad Curis tractus.

Obs. An forte ex enumeratis hisce Peruvianis speciebus quaedam ad Valantiae genus pertinent? An G. croceum idem ac Rubia *chilensis* Molinae?

14. *Claytoni*, caul. procumbentibus: angulis retro scabris, fol. subquaternis lineari-lanceolatis obtusis margine nervisque hispidulis. Michaux. Flor. 1. p. 78. Hab. in Canada. Flor. pauci, minuti, albi.

15. *asperellum*, caul. decumbentibus retro aculeatis, fol. senis ovali-lanceolatis: acumine flaccido margine nervis uc hispidulis. Michaux l. c. Cresc. in Canadae septentrionalibus.

16. *uniflorum*, fol. quaternis longo-linearibus acutis glabris, caul. laevi, pedunc. unifloris cernuis, fructu glabro. Michaux. Hab in Carolina. Sequenti affine.

** *Fol. ut plurimum senis.*

17. *tinctorium*, fol. linearibus: caulinis senis; ramorum quaternis, caul. flaccido, pedunculis subbifloris, fructib. glabris. Hab. in America septentrionali.

18. *capense*, fol. senis linearibus glabris, caule frutescente erecto. Thunb. prod. 30. Hab. in Cap. spei. β? G. *fruticescens*. Cav. ic. 3. p. 3. t. 206. f. 2. In Hispania.

19. *mucronatum*, fol. senis linearibus mucronatis glabris, caule pubescente debili. Thunb. prod. 30. Hab. io Cap. b. spei.

20. *expansum*, fol. senis linearibus mucronatis glabris, ramis divaricatis pubescentibus, panicula trichotoma. Thunb. prod. 30. Hab. in Cap. b. spei.

21. *asperum*, fol. senis oblongis serratis, caule hispido piloso, florib. paucis. Thunb. prod. 30. Hab. in Cap. b. spei.

22. *glabrum*, fol. senis oblongis serratis, caule hispido glabro, flor. paniculatis. Thunb. prod. 30. Hab. in Cap. b. spei.

23. *viscosum*, fol. infimis quaternis obovatis superioribus senis lineari-lanceolatis antrorsum serratis, carina cauleque laevi. Vahl. symbol. 2. p. 29. Hab. in montosis Tuneti. ⊙.

24. *purpureum*, fol. verticillatis lineari-setaceis, flor. terminalibus subpaniculatis, pedunc. capillaribus folio longioribus. Hab. in Italia, Gallia et Helvetia.

25. *rubrum*, fol. verticillatis linearibus patulis, pedunculis brevissimis. L. Hab. in Palatinatu, Italia.

26. *megalospermum*, fol. quinatis lanceolatis margine hispidis, pedunc. geminatis terminalibus. Willd. p. 594. Allion. pedem. n°. 35. t. 79. Hab. in monte Cenislo. Flor. albido-flavi. Semina magna scabra. W.

27. *spurium*, fol. senis lanceolatis carinatis scabris, retrorsum aculeatis, pedunc. axillarib. ramosis divaricatis, fructib. laevibus. Roth. N. Beytr. p. 141. G. hispidum. Ej. germ. 2. p. 185. Hab. in cultis, ad saepes. G. Aparine simile. ⊙

28. *uliginosum*, fol. senis lanceolatis retrorsum serrato-aculeatis mucronatis cauleque rigidis, cor. fructu majore. Lin. Hab. in uliginosis montosis, pascuis aquosis. ♃

* *hercynicum*, glabrum cespitosum procumbens, fol. senis obovatis mucronatis, ramis brevibus confertis, flor. glomeratis. G. *harcynicum*. Weig. obs. p. 25. Hab. in montosis, sylvaticis, graminosis, arenosis satis frequeos. Vix a sequente diversum.

29. *saxatile*, fol. senis obovatis obtusis, caule ramosissimo procumbente, fructu granulato. Smith. brit. p. 175. Petiv. herb. brit. t. 30. f. 6. G. *montanum*. Huds. Habit. in Hispaniae, Italiae, Helvetiae, et Angliae alpinis et ericetis.

30. *Witheringii*, fol. quinis reflexis lanceolatis aristatis ciliatis, caul. erectiusculo simplici scabro, panic. terminali tri-

chotoma. G. *montanum.* Withering. arang. 1. p. 187. t. 28. Smith. brit. 1. p. 174. Hab. in ericetis montosis subhumidis in Anglia.

31. *austriacum*, fol. suboctonis glabris mucronatis, caul. diffuso, ramis floriferis subtrichotomis. G. *glabrum*. Hoffm. germ. ed. 2. p. 72. G. *austriacum*. Jacq. austr. t. 90. G. *laeve*. Thuill. Paris. p. 77? Hab. in Germania et Gallia?

32. *erectum*, fol. suboctonis lanceolatis antrorsum aculeato-serrulatis mucronatis, panic. trichotomis, caul. laeviusculo flaccido. Smith. brit. 1. p. 6. With. arrang. 1. p. 189. Hoffm. l. c. Hab. in Anglia et Germania. Caul. ramosissimus, flaccidus. Sm.

33. *scabrum*, caespitosum, caul. sublaevi depresso adscendente, basi tomentosa, fol. 6-8 linearibus subasperis mucronatis, infimis minutissimis (emarcidis) ellipticis, pedunculis trichotomis s. ternis. G. *scabrum*. Jac. austr. t. 422. Murr. Syst. veg. p. 151 G. *pusillum*. Lin. Smith. brit. 1. p. 177. Engl. bot. t. 74. G. *Bocconi*. Allion. Willd. sp. 1. p. 587. G. *supinum*. Lam. G. *paschale*. Vahl.? G. *asperum*. Schreb. G. *sylvestre*. Poll. G. *pallens* et nitidulum. Thuill. hujus loci sunt. Hab. in montosis praesertim calcareis satis frequens, etiam in sylvaticis.

Obs. G. anisophyllum, pusillum argenteum, corrodaefolium *Villarsii* hujus tantum varietates?

34. *tenue*, fol. senis subulatis laevibus, pedunc. trifidis, petalis aristatis. Willd. Vill. delph. 2. p. 322. t. 7. Hab. in alpibus Delphinatus. ♃

35. *Jussieui*, fol. subsenis lineari-subulatis laevibus, flor. umbellatis, caule adscendente. Willd. Caulib. filiformibus prostratis, fol. quinis angustis acutissimisque, flor. subumbellatis. Villars delph. 2. p 323. t. 7. G. *caespitosum*, Lam. enc. *An sequentis var.*? Juss. Act. paris. 1714. p. 373. t. 15. f. 2. In alpibus Delphinatus et Sabaudiae. ♃

36. *pyrenaicum*, fol. senis, flor. lateralibus oppositis subsessilibus solitariis. Lin. suppl. 121. Gouan. illust. 5. t. 1. f. 4. G. *muscoides*. Lam. G. *hypnoides*. Vill. delph. Hab. in Pyrenaeis. ♃

*** *Fol. plus minusve octonis.*

37. *minutum*, caul. decumbente, fol. octonis lanceolatis mucronatis serrato-aculeatis glabris incurvis, fruct. reflexis. Gmel. sib. 3. p. 169. Hab. in imperio Ruthenico. Flor. lutei. Caul. laevis.

38. *verum* (*luteum*), fol. octonis linearibus sulcatis, flor. paniculatis, ramis floriferis brevibus. Hab. in sylvaticis ad versuras agrorum. ♃

39. *Mollugo*, nitidum, fol. octonis ovato-linearibus subserratis reflexis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. Flor. dan. t. 455. β. pubescens. Schrad. spic. p. 16. Cresc. in pratis, ad sepes, vias. Flor. citrini, albi.

12. *cochlearifolia*, caulib. simplicibus unifloris, fol. radicalibus cordato-subrotundis crenatis longissime petiolatis, caul. subpatulis, flor. cernuo. Lam. enc. 3. p. 578. W. p. 914. C. *fragilis.* Cyrilli. Barel. ic. 454. Hab. in Alpibus et Italiae montosis. Petioli apice subdilatati.

13. *rotundifolia*, (decipiens) ramosissima diffusa, fol. radicalibus (cito pereuntibus) subrotundis profunde crenatis, caulinis confertis angusto-linearibus. Flor. dan. t. 855. Curt. Lond. ic. Cresc. frequens in muris, ad saxa, in versuris agrorum.

β. *reniformis*, major, fol. radicalibus pluribus reniformibus persistentibus, caul. sparsis oblongo-lanceolatis in petiolum decurrentibus. C. rotundifolia. β. Lam. enc. 1. p. 578. H. in monte Cantal in Auvergne.

γ? *caespitosa*, adscendens late caespitosa, fol. omnibus acute serratis, inferioribus pluribus ovato-acuminatis, caulinis linearibus subsparsis. C. *caespitosa.* Scop. Lam. C. *pusilla.* Haenke in Jacq. Coll. 2. p. 79. Hab. frequens in Europa australi et subalpinis ad saxa, truncos putrescentes.

δ. *tenuifolia*, fol. radicalibus oblongis, caul. linearib. caul. elongato gracili. Hoffm. Fl. germ. p. 100. In pratis, arvis.

14. *linifolia*, pubescens, fol. radicalib. obovato-subrotundis, caulinis lineari-lanceolatis subdentatis, caule subunifloro. W. p. 893. Jacq. Coll. 2. p. 81. C. uniflora, fol. integerrimis hirsutis subrotundis lanceolatis et linearibus, caule unifloro. Vill. Delph. 2. p. 500. t. 10. β? C. Scheuchzeri, fol. subfalcatis lanceolato-linearibus, flore (unico) pendulo. Vill. 2. p. 503. t. 16. H. in pratis subalpinis et montosis Europae.

15. *flexuosa*, glabra, caule erecto flexuoso, ramulis confertis foliosis, fol. lanceolatis subremote serratis, flor. (parvulis) breviter paniculatis nutantibus. Michaux, Flor. 1. p. 109. Hab. in montibus altis Carolinae. Subpedalis.

16. *divaricata*, subnitens erecta, foliis membranaceis remote serratis, panicula ramulis subaphyllis divaricatis, flor. (parvulis) nutantibus. Mich. l. c. Cum priore.

17. *filiformis*, caps. bilocularibus apice dehiscentibus, fol. linearibus, inferioribus denticulatis, florib. terminalibus ternatis. Flor. Per. 2. p. 55. t. 200. f. 5. Hab. in aridis Concept. Chile. Fol. distantia.

18. *gracilis*, fol. lineari-lanceolatis ob-

solete serratis, caule dichotomo, pedunc. terminalibus elongatis 1-floris. Forst. prod. n. 87. C. vincaeflora. Jardin de Malmaison. ic. Hab. in N. Zeelandia.

19. *pubescens*, caule hirsuto, fol. glabris: radicalibus cordatis; caulinis oblongis dentatis petiolatis. Willd. p. 894. Schm. bohem. n. 167. Habit. in rupibus sylvae Bohemicae. Facies fere C. rotundifoliae. γ. Willd. ♃

20. *Linarioides*, caul. virgatis, apice ramoso-paniculatis, fol. linearibus sparsis exiguis, flor. erectis terminalibus. Lam. enc. 1. p. 573. Hab. in Bonaria in Monte Video. Facies Antirrhini Linariae. Lin.

21. *carpathica*, foliis omnibus cordatis serratis petiolatis glabris, ramis filiformib. unifloris. Ait. Kew. 1. p. 219. Jacq. hort 1. p. 22. t. 57. Hab. in montib. Carpathicis. ♃

22. *Lobelioides*, caul. teretibus strictis glabris, fol. lineari-lanceolatis denticulatis, cor. infundibuliformibus trifidis quadrifidisque. Ait. Kew. 1. p. 219. Hab. in locis latebrosis Maderae. Cor. minutissimae albo-purpurascentes. ☉

Obs. Var. cal. tripartito et quinquepartito, corol. limbo tripartito et quinquepartito, etiam stam. 3-5. Lin.

23. *porosa*, fol. radicalibus obovatis, caulinis lanceolatis, caule punctato-scabro, flor. racemosis. Thunb. prod. p. 39. C. fol. lanceolatis laevibus, caule erecto sursum punctis porosis. Lin. suppl. 142. Hab. in Cap. b. spei.

24. *undulata*, fol. lanceolatis undulatis glabris, floribus racemosis, caule calycibusque glabris. Thunb prod. 39. Hab. ad Cap. b. spei.

25 *linearis*, herbacea erecta, fol. linearibus integris glabris, flor. cernuis, caps. hispidis. Lin suppl. 140. Hab. ad Cap. b. spei.

26. *sessiliflora*, prostrata, fol. lineari-subulatis integris, flor. axillaribus solitariis sessilibus. Lin. suppl. 139. Cum priore.

27. *patula*, foliis strictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula, cal. denticulato. Smith brit. r. p. 235. Engl. bot. t. 42. Flor. dan. t. 373. β. C. decurrens, fol. caulinis lanceolatis serratis decurrentibus. Lin. Fl. suec. 1. n.° 178. Hab. in sylvis, arvis, pascuis, ad sepes. Fol. lactescentia, amara, subcrenata. Fl. terni. ♂

28. *Rapunculus*, radice fusiformi, fol. undulatis pilosis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. Linn. Engl. bot. t. 283. Rapunculus esculentus. Bauh. pin. 92. In sylvaticis, graminosis, arvis. Caul. multangulus, strictus, basi hirsutus. Cor. subparva. ♂

29. *alata*, caule simplici, foliis glabris lato-lanceolatis decurrentibus, flor. sessilib. terminalib. Desf. atl. r. p. 178. t. 50. Hab. in Atlante prope Macaue. Fol. profunde serrata.

30. *unidentata*, erecta glabra, fol. lanceolatis acutis utrinque unidentatis, panicula divaricata foliosa. Lin. suppl. 139. Hab. in Cap. b. spei. Caul. simplicissimi.

31. *fasciculata*, fruticosa erecta, fol. ovatis subunidentatis recurvis, flor. glomeratis terminalibus. Lin. suppl. 139. Thunb. prod. 39. Cum priore. ♄

32. *persicifolia*, glabra, fol. radicalib. obovatis: caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis. Linn. Bull. t. 367. β. Rap. nemorosus angustifolius, magno flore. Bauh. pin. 93. Hab. in asperis, sylvaticis. ♃

33. *pyramidalis*, foliis laevibus serratis cordatis: caulinis lanceolatis, caul. junceis simplicibus, umbellis sessilibus lateralibus. Lin. Pyramidalis laevis. J. Bauh. hist. p. 808. Hab. circa Idriam et in Carniolia. Caul. ab imo ad apicem ramulos florigeros profert.

34. *americana*, fol. cordatis lanceolatisque, petiolis inferioribus ciliatis, flor. secundis, corol. quinquepartitis planis. Lin. Ait. Kew. r. p. 220. C. planiflora. Lam? Hab. in Pensylvania. Stylus corolla longior. ☉

35. *nitida*, fol. oblongis crenatis laevigatis, caulinis lanceolatis subintegris, cor. campanulato-rotatis. Ait. Kew. 1. p. 221. Dodart. mem. 4. p. 119. t. 118. Habit. in America boreali. ♃

36. *lilifolia*, fol. lanceolatis: caulinis acute serratis, flor. paniculatis nutantibus. Lin. Gmel. sib. 3. t. 26. Hab. in Sibiria, Tartaria. ♃

37. *stylosa*, fol. petiolatis subcordatis acute serratis, flor. (parvis) nutantibus, stylo longe exerto. Lam. enc. 1. p. 580. Gmel. sib. 3. t. 27. In Sibiria et Tartaria. Diversa a priore?

β? *periplocifolia*, fol. cordatis serratis longe petiolatis, caul. adscendentibus multifloris. Lam. l. c. Cresc. cum priore, cujus varietas?

38. *limonifolia*, ramis patentibus simplicibus, fol. radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, caulinis linearibus subulatis, flor. sessilibus ternis. Lin. Willd. 2. p. 914. Hab. in Oriente. ☉

39. *virgata*, ramis virgatis, fol. lanceolatis utrinque acutis dentatis scabriusculis, cor. profunde partitis, flor. subspicatis sessilibus. Billard. pl. Syriac. 2. p. 11. t. 6. Phyteuma virgata. Willd. Sp. 2. p. 924. Habit. in Libano. ♂

40. *acuminata*, glabriuscula, caule stricto, fol. ovato-lanceolatis in longum acumen desinentibus subserratis, spica fasciculato-multiflora, cor. subulatis. Mich. Fl. 1. p. 108. Dodart mem. 4. p. 119. t. 18. In remotis occidentalib. Pensylv. et Virgin.

41. *ensifolia*, fruticosa, fol. ensiformibus serratis glabris, florib. paniculatis nutantibus. Lam. enc. 1. p. 575. Hab. in monte ignivomo insulae Borboniae. E medio rosulae foliorum assurgit caulis paniculatus sexuncialis fol. sessilibus distantib. minoribus instructus. Lin. ♄

42. *rhomboidea*, fol. rhomboidibus serratis, caulinis ovatis serratis, spica secunda, calyc. dentatis. Habit. in alpibus. ♃

43. *Alpini*, foliis lanceolatis serratis, inferioribus petiolatis, summis sessilibus, flor. nutantibus, stylo exerto. Lam. enc. 1. p. 681. Lin. Sp. 2. p. 1669. Habit. in umbrosis, humidis Italiae prope Bassano.

44. *crispa*, fol. laevibus petiolatis subcordatis duplicato – serratis incisis, caule simplici, flor. lateralibus et terminalibus patulis. Lam. l. c. Tournef. Cor. 3. Hab. in Armenia.

** *Foliis scabris.*

45. *latifolia*, foliis ovato-lanceolatis, caule simplicissimo tereti, flor. solitariis pedunculatis, fructibus cernuis. Lin. Engl. bot. t. 302. Flor. dan. t. 85. Hab. in montosis, sepibus. ♃

* *urticifolia*, caule angulato hispido, fol. ovato-lanceolatis grosse serratis, pedunc. unifloris axillaribus cernuis, calyc. hispidis. Schmid. bohem. n.° 171. Willd. Sp. 2. p. 900. Hab. in Germaniae et Bohemiae nemoribus umbrosis. ♃

46. *Rapunculoides*, rad. repente, fol. cordat – lanceolatis, caule ramoso, flor. secundis, sparsis, calycibus reflexis. Lin. Moris. s. 5. t. 3. f. 32. Habit. in Helvetiae, Galliae, Angliae, Germaniae siccissimis. Cal. scaber. Cor. C. Rapunculi. ♃

47. *bononiensis*, fol. ovato-lanceolatis subtus scabris sessilibus, caule paniculato. Moris. s. 5. t. 4. f. 38. Habit. in Baldi, Lessinensium jugis, Bononia, Carniolia. Caul. habitu Verbasci nigri. ♃

48. *cesula*, pubescens, foliis oblongis obtusis crenatis, caule unifloro. Willd. C. uniflora, fol. glabris ovalibus dentatis, caul. subnudo, cal. glabro. Allion. ped. n.° 397. t. 7. f. 2. In Italia ad radicem montis Vesu. ♃

49. *bicaulis*, hispida, caule gemino 1-floro, radice crassiuscula. Lapeyrouse Fl. Pyren. ic. In Pyreneis in monte Raucié.

50. *ptarmicaefolia*, fol. linearibus margine ciliato-serratis, flor. sessilibus erectis. Willd. p. 902. Lam. enc. 1. p. 573. Hab. in Armenia.

51. *graminifolia*, fol. lineari-subulatis, capitulo terminali. Lin. Col. phyt. 2. t. 54. Barr. ic. 332. In Italiae, Carnioliae montibus, Aprutii Salmone vicinis. Similis Phyteumae hemisphaericae. Caul. simplicissimi, vix foliis longiores. Linn. ♃

52. *Trachelium*, caule angulato, foliis petiolatis cordato-lanceolatis acute serratis, cal. ciliatis, pedunc. trifidis. Engl. bot. t. 12. Flor. dan. t. 1026. Hab. in sepibus et nemorosis. Fructus lacunoso-torulosus. ♃

53. *glomerata*, caule angulato simplici glabriusculo, fol. scabris oblongo-lanceolatis cordatis sessilibus, capitulo glomerato. Willd. Habit. in agris et pratis aridis, et in collibus calcareis.

* *petraea*, caule angulato simplici, flor. sessilibus capitato-glomeratis, fol. subtus tomentosis. Lin. Allioni. t. 39. f. 2. Hab. in Baldo.

54. *Cervicaria*, hispida, flor. sessilibus, capitulo terminali hemisphaerico, fol. lanceolato-linearibus undulatis. Lin. C. caule simplici aspero, fol. lingulatis asperis, flor. capitatis. Hall. helv. n.° 636. H. in Helvetiae, Germ., Sueciae asperis sylvaticis. ♂

55. *marginata*, fol. lanceolatis undulatis serratis marginatis, ramis debilibus, flor. terminalibus solitariis. Thunb. jap. p. 89. et Ejusd. Ic. pl. jap. Dec. 3 Hab. in Japonia ad margines viarum. Caulis basi crassus, sublignosus, decumbens. Th. ♃

56. *lanuginosa*, hispido – lanuginosa, fol. ovatis rugosis crenatis in petiolum attenuatis, caule simplici, flor. subsessilibus erectis patulis. Lam. enc. 1. p. 584. An C.

peregrinalis? L. Bauh. pin. p. 94. Cervicaria media. Thal. p. 32. Hab. in Tartaria.

57. *tomentosa*, fol. radicalibus longis spathulatis crenatis, summis cuneiformibus, flor. pedunculatis subspicatis, calyce tomentoso. Lam. l. c. In Oriente. ♃

58. *argentea*, fol. oblongis angustis tomentoso-argenteis, caule paniculato, ram. unifloris. Lam. l. c. Tourn. Cor. 3. Hab. in Armenia. Caps. turbinatae.

59. *thyrsoidea*, hispida, racemo ovato oblongo terminali, caule simplicissimo, fol. lanceolato-linearibus. Jacq. vind. 211. obs. 1. p. 33. t. 21. Roth. germ. 1. 100. Hall. helv. n.° 688. Hab. in alpibus et montibus Helvetiae, Carnioliae. Cor. flavescunt. ♂

60. *adpressa*, fol. lanceolatis dentatis ciliatis, caule erecto, panicula decomposita. Thunb. prod. 38. Lin. suppl. p. 140. Hab. ad Cap. b. spei.

61. *subulata*, fol. lanceolatis trigonis ciliatis, florib. paniculatis, caule erecto. Thunb. prod. 38. Ad Cap. b. spei. ♃

62. *hispidula*, hispida, florib. erectis, calyc. longitudine cor. Linn. suppl. 142. Hab. in Cap. b. spei. Folia linearia acuminata ciliata imprimis carina. Cor. infundibuliformis. Stigma trifidum. Lin. ♃

63. *paniculata*, foliis lanceolatis undatis hirtis, caule angulato hispido, flor. racemosis. Thunb. prod. 38. Ad Cap. b. spei. ♃

64. *cinerea*, foliis lanceolatis integris glabris, caule lanato, flor. terminalibus solitariis. Thunb. Cum prioribus.

65. *cernua*, fol. oblongis undatis hirtis, flor. terminalibus cernuis, calycibus glabris. Th. prod. 39. In Cap. bonae spei. ♃

*** *Capsulis obtectis calycis sinubus reflexis.*

66. *Elatines*, fol. cordatis dentatis pubescentibus, caul. prosteatis, pedunculis capillaribus multifloris. L. Allioni. Pedem. t. 7. f. 1. (Fig. justo major.) Habit. in Europae australis alpinis. ⊙

67. *velutina*, caule adscendente, fol. obovatis incanis mollissimis, flor. paniculatis, lacin. calicis sagittatis. Desf. Atl. 1. p. 180. t. 51. Cresc. in rupium fissuris prope Flemsen. Stigm. 5.

68. *capensis*, foliis lanceolatis dentatis hispidis, pedunc. longissimis, caps. strigosis. Lin. Com. hort. 2. p. 69. t. 35. An cum sequente hujus divisionis?

69. *procumbens*, caule dichotomo diffuso, fol. obovatis crenatis obtusis, flor. solitariis axillaribus. Linn. suppl. p. 141. Cresc. in Cap. b. spei humidis.

70. *Erinus*, caule dichotomo, fol. sessilibus: superioribus oppositis tridentatis. L. Willd. Sp. 2. p. 917. Moris. S. 5. t. 3. f. 25. Hab. in Europa australi. Veronicam arvensem refert. ⊙

71. *Erinoides*, caul. diffusis, fol. lanceolatis subserratis decurrentibus linea scabra, flor. pedunculatis solitariis. Lin. Herm. Lugd. Bat. t. 111? In Africa. Similis Loheliae erinoidi. ♃

72. *diffusa*, caul. diffusis, fol. petiolatis. serrato-dentatis lanceolatis, inferioribus cordatis, pedunc. 1-floris. Vahl. symb. 1 p. 18. Barr. ic. 453. In Calabria.

73. *Allionii*, capsulis obtectis, caule unifloro hispido, fol. lineari-lanceolatis undulatis hispidis. Willd. sp. p. 907. Vill. delph. 2. p. 512. t. 10. C. nana. Lam. C. alpestris. Allion. pedem. n.° 418. t. 6. f. 3. Hab. in alpibus Helvetiae, Galliae, Italiae. ♃

74. *caucasica*, pusilla, caps. obtectis 3-locularibus cernuis, caulic. erectis paucifloris, fol. obovatis crenatis scabris, radice repente. Bieberstein Tabl au etc. Cresc. in abruptis lapidosis circa Kurt-Bulak. ♃

75. *ligulata*, (hungarica), fol. undulatis hispidis: crenis callosis, caps. calicis sinubus obtectis, capitulo terminali. Kitaib. Plant. rar. Hungar. p. 65. t. 64. Hab. in Hungariae sylvis. C. glomeratae similis dicitur.

76. *lingularis*, cal. sinubus reflexis, caule 1-floro, foliis angustis lingulatis obtusis integerrimis. Lam. enc. 1. p. 585. In Alpib.?

77. *punctata*, capsulis trilocularib. obtectis, caule simplici erecto folioso, fol. subpetiolatis, flor. nutantibus. Willd. flor. cernuis interne punctatis villosis. Lam. enc. 1. p. 5?9. Gmel. sib. 3. p. 155. t. 30. Hab. in Sibiria.

78. *Medium*, caps. quinquelocularibus obtectis, caule indiviso erecto folioso, flor. erectis. Lin. Habit. in Germaniae, Italiae sylvis apricis. ♂

79. *pelviformis*, caps. obtectis, fol. inferioribus ovatis serratis petiolatis: caul. subsessilibus, flore maximo pelviformi. Lam. l. c. p. 586. Tournef. Cor. 3. Hab. in ins. Candia. Fol. tomentosa.

80. *tubulosa*, caps. obtectis, fol. radicalibus petiolatis ovatis inaequaliter den-

tatis basi incisis, caul. oblongis serratis sessilibus, flore tubuloso. Lam. l. c.

81. *violae*, humilis, caps. obtectis, fol. radicalibus cordatis crenatis petiolatis, fl. amplis pedunculatis, cal. hispido. Lam. p. 587. (C. violaefolia.) Hab. in Sibiria?

82. *barbata*, caps. quinquelocularibus obtectis, caule simplicissimo subunifolio, fol. lanceolatis, cor. barbatis. Jacq. obs. 2. p. 14. t. 37. Hab. in alpibus Austriae, Helvetiae, Pedemontii. ♃

83. *spicata*, hispida, spica laxa, flor. alternis, fol. linearib. integerrimis. C. caule simplici aspero, fol. linearib., flor. laxe et longissime spicatis. Hall. Hab. in Valesia inferiori. Tota pilis albis hispida. L. ♂

84. *strigosa*, caps. obtectis, fol. lanceolatis integerrimis, pedunc. axillaribus unifloris, caule strigoso. Vahl. symb. 3. p. 34. Hab. in Oriente.

85. *alpina*, fol. ellipticis hirsutis, petiolis alaribus unifloris, flor. glabris. Hall. helv. n.° 695. Jacq. austr. 2. t. 118. Hab. in alpibus Schneeberg, Helvetiae. Tota flavescens. Folia lineari-oblonga, integra. Linn. ♃

* *longifolia*, hispida, caule simplice, pedunc. axillaribus 1-floris: flor. erectis, fol. linearibus subcrenatis longissimis. Lapeyrouse. Flor. Pyren. ic. Hab. in monte Roncié in Pyrenaeis.

86. *mollis*, caps. 5-locularibus obtectis pedunculatis, caule prostrato, fol. suborbiculatis. Lin. Bocc. mus. t. 145. Barr. t. 759. Hab. in Italia, Hispania.

* *dichotoma*, caps. 5-locularibus obtectis, caule dichotomo, flor. cernuis. Sp. p. 237. Willd. p. 910. Moris. s. 5. t. 3. f. 26. Desf. atl. 1. p. Barr. ic. 759. Hab. in Syria et Barbaria.

87. *saxatilis*, caps. 5-carinatis obtectis, flor. alternis nutantibus, fol. obovatis crenatis. Bocc. mus. 2. p. 76. t. 64. Hab. in Cretae scopulis saxosis.

88. *alliariaefolia*, caps. obtectis, flor. radicalibus reniformibus duplicato-dentatis, caulinis ovatis dentatis sessilibus. W. l. c. Hab. in Oriente. Fol. radicalia facie Erysimi Alliariae. W.

89. *heterophylia*, fol. subovatis glabris integerrimis, caul. diffusis. Linn. Lam. enc. 1. p. 588. Camp. saxatilis, fol. inferioribus bellidis, caeteris Nummulariae. Tournef. itin. 1. p. 243. In insulis Archipelagi.

90. *parviflora*, cal. sinu reflexo, caule superne ramoso, foliis radicalibus longe petiolatis obovatis crenatis, caulinis ovato-lanceolatis incisis, flor. paniculatis. Lam. l. c. Tourn. Cor. 4. In Oriente.

91. *lyrata*, hispida, caps. obtectis, fol. radicalibus longis petiolatis lyratis: lobo terminali cordato, flor. erectis subsessilib. Lam. l. c. Mor. s. 5. t. 3. f. 31. Vid. Camp. *tomentosa*. Vent. Hort. Cels. p. 18. t. 18. Cum priore.

92. *sibirica*, caps. 3-locularibus obtectis, caule paniculato. Gmel. sib. 3. p. 154. t. 29. Jacq. austr. t. 200. Hab. in Sibiria, Austria. Flor. oblongi, parvi. ♂

93. *tridentata*, caps. 5-loculari obtecta, caule unifloro, fol. radicalibus tridentatis. Schreb. dec. 3. t. 2. Habit. in Oriente. Fol. radicalia Statices reticulatae. Flos majusculus. ♃

94. *laciniata*, caps. obtectis pedunculatis, fol. serratis: radicalibus lyratis, caulinis lanceolatis. L. Hab. in Graecia, Libano. Similis Michauxiae. W.

95. *stricta*, caps. obtectis, fol. hirtis: caulinis lanceolatis serratis, caule simplicissimo, flor. sessilibus. L. Hab. in Syria, Palaestina.

96. *aurea*, frutescens, caps. 5-locularibus, stigmatibus quinquefidis, caule paniculato, fol. duplicato serratis. Lin. supp. 141. In insulae Maderae rupibus. Nitida. Flor. flavesc.

* Legousia. *Corol.* subhypocrateriformis. *Stig.* 2-3-fidum. *Caps.* longissima, prismatico-cylindrica, 2-3-locularis, polysperma. *Prismatocarpus.* L'Herit. Sert. angl. p. 1.

97. *interrupta*, fol. subulatis ciliatis, ramis floriferis superne interruptis aphyllis. L'Her. sub Prismatocorpo cum sequentibus. Hab. ad Cap. b. spei.

98. *ericoides*, paniculata, fol. subulatis subciliatis, panic. longis pedunculatis. L'Her. Lam. ill. 2. p. 63. Polemonium Roellioides. Lin. suppl.? C. subulata. Th. Prodr. p. 38? C. hispidula. Linn. suppl? Cum priore.

99. *altiflora*, fol. subulatis subciliatis confertissimis, pedunc. longissimo aphyllo, germ. tomentosis L'Her. l. c.

Obs. Tres hae enumeratae species Lepidium subulatum refert. L'Her.

100. *fruticosa*, fol. linearі-subulatis muticis, panic. terminali pedunculata, caule

caule fruticoso. L'Herit. Willd. Spec. 2. p. 912.

101. *plicata*, fol. linearibus undulatis, caule prolifero laxe ramoso, germ. longissimis. Prism. crispus. L'Her. Habitu C. undulatae.

102. *Prismatocarpus*, foliis lanceolatis glaberrimis, flor. terminalibus sessilibus, cor. cal. duplo longioribus. Prism. nitidos. L'Her. C. Prismatocarpus. Ait. W. p. 913.

103. *Speculum*, (arvensis) caule ramosissimo diffuso, fol. oblongis subcrenatis, florib. solitariis majusculis patulis. Curt. mag. t. 108. Willd. Spec. p. 912. Legousia arvensis. Durande Flor. de Bourgogue 1. p. 37. (qui primus hanc plantam sub nomine indito ut diversum genus a Campanulis removit.) Hab. in agris, ad versuras viarum. Cor. fundo squamulis destituta (?) Dur.

104. *hybrida*, caule stricto basi subramoso, fol. oblongis subundulatis crenatis, calycib. corol. subclandestina longioribus. Lin. Moris. s. 5. t. 2. f. 22. Cresc. minus frequens cum priore, in locis calcareis.

105. *Pentagonia*, caule ramosissimo, fol. linearibus acuminatis, cal. pilosis cor. breviorib. Lin. L'Her. l. c. Hab. in Thracia. Cor. rotata.

106. *biflora*, caps. 3-locularibus, fol. late ovatis crenatis sessilibus, flor. binis axillaribus sessilibus. Flor. Per. 2. p. 55. t. 200. Hab. in Peruviae arenosis. Cal. 3-5-partitus. Sequentem refert.

107. *perfoliata*, (amplexicaulis), caule simplici, fol. cordatis crenatis amplexicaulibus, florib. axillarib. sessilib. glomeratis. Lin. Moris. s. 5. t. 2. f. 23. C. amplexicaulis. Michaux Flor. 1. p. 108. Habit. in Amer. borealis cultis.

429. LIGHTFOOTIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, fundo clausa valvis staminiferis. *Stigma* 3-5-fidum. *Caps.* 3-5-locularis, 3-5-valvis semisupera.

1. *subulata*, fol. subulatis, petalis linearibus. L'Her. Sert. p. 4. t. 5. Willd. sp. p. 868. Campanula capillacea. Lin. suppl? Hab. ad Cap. b. spei. ♄

2. *oxycoccoides*, fol. petalisque lanceolatis. L'Her. l. c. t. 4. Lobelia tenella. Lin. Mant. Hab. cum priore. Rami filiformes prostrati. ♄

Obs. Hoc et sequens genus Campanulis nimis affinia, cum valvis staminiferis, charactere generi Campanulae aeque essentiali, ac nectarium Ranunculis, cum Campanulis conveniunt.

430. ROELLA. *Cor.* infundibuliformis: fundo clauso valvulis staminiferis. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* sub 2-locularis, cylindrica, infera. (Caps. 1-locularis apice pervia. Gærtn.)

1. *ciliata*, fol. lanceolatis ciliatis, flor. solitariis terminalibus. Thunb. prodr. 38. Willd. Sp. 1. p. 918. Lam. ill. t. 123. f. 1. Hort. cliff. 492. t. 35. Comm. hort. 2. p. 77. t. 39. Habit. in Mauritania, Aethiopia et Cap. b. spei.

2. *squarrosa*, fol. ovatis dentatis ciliatis, flor. terminalibus aggregatis. Th. R. filiformis. Lam. ill. p. 66. t. 123. f. 2. Habit. ad Cap. b. spei, cum sequentibus. ♃

3. *decurrens*, foliis lanceolatis ciliatis decurrentibus, pedunc. longissimis axillarib. Ait. Kew. 1. p. 226. L'Her. sert. angl. p. 4. t. 6. Andrew. t. 258. ⊙

4. *muscosa*, fol. ovatis dentatis reflexis glabris, flor. terminalibus solitariis. Thunb. Lin. suppl. 143. ⊙

5. *spicata*, fruticosa erecta, fol. lanceolatis integris ciliatis, flor. terminalib. subspicatis. Lin. suppl. 143. ♄

431. PHYTEUMA. *Cor.* primo tereti-conica, dein 5-partita: laciniis linearibus laxis. *Stigma* 2- s. 3-fidum. *Caps.* 2- s. 3-locularis infera.

* *Floribus capitato-spicatis.*

1. *pauciflorum*, capitulo subfolioso, fol. omnibus lanceolatis. Lin. Willd. Sp. 2. p. 919. Raponculus fol. ovatis, obtuse dentatis, bracteis maximis obtusis. Hall. helv. n°. 680. Hab. in alpibus Helveticis, Styriacis. Stylus saepius bifidus. ♃

2. *Scheuchzeri*, capitulo subfolioso, bracteis linearibus capitulo longioribus, fol. lanceolatis dentatis. Willd. l. c. Allion. pedem. n.° 428. t. 39. f. 2.

β. Ph. *Scorzonerifolium*, fol. omnibus oblongis leviter crenatis, supremis linearibus, spica oblonga. Vill. delph 2. p. 519. t. 12. f. 2. Hab. in alpibus Helveticis et Pedemontanis, et in Delphinatus. ♃

3. *Michelii*, capitulo subrotundo, bracteis oblongo-lanceolatis, fol. linearibus rigidis subintegerrimis. Willd. Ph. spica oblonga, fol. lineari-lanceolatis sub integerrimis. Allion. ped. n.° 427. t. 7. fig. 3. Habit. in monte Cenisio et in alpibus Hetruriae et Valesiae. ♃

4. *hemisphaericum*, capitulo subrotundo, bracteis ovatis ciliatis, fol. linearibus subintegerrimis caule vix brevioribus. Willd. Jacq. collect. 2. p. 61. Ic. rar. vol. 2. Hab. in Helvetiae, Italiae, Austriae, Hassiae, Pyrenaeis montibus et pratis.

5. *comosum*, fasciculo terminali sessili, fol. dentatis: radicalibus cordatis. Linn. Barr. ic. 889. Jacq. austr. app. t. 50. Hab. in Baldi, Carniolae et Tyrolensibus montibus. ♂

6. *orbiculare*; capitulo subrotundo, fol. serratis: radicalibus cordatis. Linn. Engl. bot. 1. 142. In alpibus et pratis.

β. *lanceolata*, fol. omnibus oblongo-lanceolatis. Willd. Vill. Dauph. 2. p. 517, t. 12. f. 1.

γ. *ellipticum*, fol. omnibus oblongo-ellipticis obtusis. Willd. Vill. p. 922. t. 11. f. 2.

*. *Charmelii*, capitulo rotundo, fol. radicalibus cordatis subdentatis, caulinis linearibus integerrimis. Vill. l. c. t. 11. fig. 3. In rupestribus calcareis. Planta antisiphylitica.

7. *nigrum*, capitulo ovato, bracteis setaceis, fol. simpliciter dentatis, radicalib. cordatis, caulinis lanceolatis amplexicaulibus. Willd. Schmidt. bohem. 1. n.° 189. Hab. in pratis nemoribusque circa thermas Carolinas. ♃

8. *betonicaefolium*, spica oblonga, fol. simpliciter crenatis, radicalibus lanceolato-cordatis, caulinis lanceolatis. Willd. fol. cordatis oblongis crenatis, spica oblonga. Vill. 518. t. 12. f. 3. Hab. in montibus Delphinatus. ♃

9. *spicatum*, spica elongata, stylis pilosiusculis trifidis, fol. radicalibus cordatis duplicato-dentatis. Willd. Flor. dan. 362. Hab. frequens in sylvaticis. Flores albi.

β? *Rapunculus*, rad. repente crassiuscula, fol. radical. cordatis petiolatis, caulinis oblongis sessilibus, spica ovata. Ph. ovalis. Hoppe. Cresc. vere in sylvis. Fl. violacei.

10. *ovatum*, spica ovata, stylis hirsutis flore longioribus emarginato-bifidis, fol. radicalibus cordatis duplicato-dentatis. W. Schmidt. Fl. bohem. I. n.° 190. Ph. Halleri. Allion. Hab. in pratis subalpinis Sudetorum, Bohemiae, Helvetiae et Pedemontii. ♃

** *Flor. axillaribus sparsis.*

11. *Lobelioides*, fol. lineari-lanceolatis denticulatis hispidis, caule paniculato flor. geminis pedunculatis sparsis. Willd. phytog. 1. n. 20. t. 4. f. 2. Hab. in Armenia.

12. *lanceolatum*, fol lineari-lanceolatis tenuissime denticulatis scabris, caule basi ramoso, ramis simplicissimis foliosis, flor. sparsis geminatis sessilibus. Willd. l. c.

β? *canescens*, fol. sessilibus, inferioribus obovatis serratis, superioribus lanceolatis integerrimis, flor. axillaribus racemosis. Plant. rar. Hungar. p. 12. t. 14. In Hungariae montibus apricis.

13. *rigidum*, foliis lineari-lanceolatis obsolete denticulatis glabriusculis, caule simplicissimo foliolo, flor. sparsis, pedunc. trifloris. W. Hab. in Oriente.

14. *amplexicaule*, fol. amplexicaulibus cordatis ovatis, duplicato-serratis, floribus sparsis. W. Hab. in Oriente.

Petromarula. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* primo ovata, dein 5-partita: laciniis reflexis. *Filam.* basi dilatata. *Stig.* capitatum simplex. *Germ.* globosum. *Caps.* .

15. *pinnata*, foliis pinnatis, racemo composito. Vent. Hort. Cels. p. 52. t. 52. Linn. Willd. Sp. p. 925. Rapunculus creticus, Petromarula. Bauh. hist. 2. p. 811. t. 812. Hab. in Creta, Oriente, ubi ad muros et rupes frequens crescit.

Obs. Habitu et filamentis cum Campanulae genere, cor. rotata, quamvis facie aliena, cum Phyteumate convenit; sed ab utroque stylo crasso et stigm. simplice capitato differt, quare non male ut diversum genus constitui posset.

432. FORGESIA. *Cal.* turbinatus, 5-fidus. *Petala* 5. *Stigma* 2-lobum. *Caps.* seminifera, stylo 2-partito acuminata. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

1. *borbonica.* Desforgia. Lam. ill. p. 69. t. 125. Forgesia. Juss. gen. p. 183. Habit. in ins. Borboniae. Arbor, Fol. lanceolato-ovata, serrata. Escalloniae Smith affinis. Lam.

433. TRACHELIUM. *Cor.* infundibuliformis. *Styl.* longus. *Stigma*

globosum. *Caps.* trilocularis, infera.

1. *caeruleum*, ramosum erectum, fol. ovatis serratis planis, flor. corymbosis. L. Willd. Sp. p. 926. Barr. ic. 683 684. Hab. in Italiae et Orientis umbrosis. ♂

2. *diffusum*, ramosissimum diffusum, ramis divaricatis recurvis, foliis subulatis. Linn. suppl. 143. Habit. ad Cap. bon. spei.

3. *angustifolium*, erectum, fol. linearib. sessilibus integerrimis glabris. Schousb. maroc. 1. p. 85. In montosis aridis prope Tezzam.

4. *tenuifolium*, erectiusculum, foliis linearibus ciliatis hispidis. L. Hab. ad Cap. b. spei.

434. GOODENIA. *Cor.* labiata, 5-fida, undulata, longitudinaliter fissa, genitalia exserens. *Anth.* lineares. *Stigma* urceolatum ciliatum. *Caps.* 1-2-locul. 2-valv. polysperma, dissepimento parallelo. *Sem.* imbricata.

1. *ovata*, fol. ovatis denticulato-serratis glabris, pedunc. 3-floris, caps. lineari. Smith. Act. Soc. Linn. Lond. 2. p. 347. Willd. Sp. 2. p. 954. Vent. Hort. Cels. t. 3. Andrew. t. 68. Hab. in Nova Hollandia cum omnibus sequentibus.

2. *paniculata*, fol. obovato-lanceolatis dentatis corollisque pilosis, caule nudiusculo paniculato. Smith. Act. Soc. Lin. p. 348. Cav. ic. 6. p. 5. t. 507?

3. *bellidifolia*, fol. obovatis denticulatis carnosis, caule nudiusculo spicato, cor. extus hirsuta, fructu quadrivalvi. Smith. l. c. p. 349. Flor. flavi.

4. *calendulacea*, fol. integerrimis obovatis crassis scabris, flor. axillaribus caeruleis. Andrew. Repos. t. 22. Var. sequentis?

5. *stricta*, fol. lanceolatis integris dentatisve carnosis glabris, cor. extus hirsuta, stigmate ore contracto. Smith. l. c. Hab. in Novae Hollandiae locis humidis. Flores caerulei.

6. *heterophylla*, fol. integris dentatis lobatisque pilosis, fructu subrotundo, cor. nudiuscula. Smith. l. c. Cav. ic. 6. t. 508.

7. *hederacea*, fol. subrotundis integris quinquelobisve, cor. extus lanata, caule prostrato. Smith. l. c.

8? *radicans*, caule repente, fol. spathulatis. Selliera radicans. Cav. ic. 5. p. 49. t. 474. f. 2. Habit. in humidis maritimis Chiloe et in valle Chilensi prope Coquimbo.

Obs. Ob semina imbricata marginata, uti in quibusdam Goodeniis, hanc plantam, sed dubitanter, huc retuli, cum auctor de natura pericarpii adhuc incertus sit.

435. SCÆVOLA. *Cor.* 1-petala: tubo longitudinaliter fisso. *Limbo* 5-fido laterali. *Drupa* infera, 1-sperma. *Nux* 2-locularis.

1. *Lobelia*, fol. obovatis glabris integerrimis. Vahl. symb. 2. Lam. encycl. t. 124. f. 1. Willd. Sp. 2. p. 955. Lobelia Plumieri. Lin. Jacq. amer. Catesb. car. 1. p. 79. t. 79. Hab. in Indiis. ♄

2. *Koenigii*, fol. obovatis glabris superne dentato-subrepandis, calyce quinquedentato. Vahl. symb. 3. p. 36. Lam. ill. t. 124. f. 2. Hab. in India orientali. ♄

3. *sericea*, fol. obovatis villosis mollissimis, superne dentatis. Vahl. symb. 2. p. 37. Habit. in Sauvage Island.

4. *laevigata*, fol. alternis obovatis dentatis glabris, fructu minimo. S. microcarpa. Cav. ic. 6. p. 4. t. 509. Goodenia laevigata. Curt. Mag. t. 287. Cor. dilute violacea.

β? *albida*, stylo cauleque piloso. Sm. Act. Lin. 2. p. 348. Willd. Sp. p. 954. sub Goodenia. Hab. ad portum Jackson in N. Hollandia.

5. *hispida*, fol. lineari-lanceolatis hispidis, inferioribus dentatis, stylo apice hirsuto, cor. extus pilosa. Cav. l. c. p. 7. t. 510. Goodenia ramosissima. Smith. l. c. Cum priore. Cor. pariter dilute violacea.

RUBIACEAE (gen. 436-474) constituunt ordinem plantarum valde naturalem et generum ditissimum. Plurimae sunt fruticosae aut etiam herbaceae; folia in his verticillata, in illis opposita, integerrima, stipulis aut vagina ciliari distincta. Flor. plurimum fragrantes, nonnullae odore sunt ingrato. Cor. tubulosa s. infundibuliformis. Staminum numerus valde variat, maxima parte 5 sunt, plura 4 (talia genera in antecedente classi occurrunt), rarius 6 aut plura. Fructus inferus, natura varius: nunc dicoccus s. semina nuda referens, nunc capsularis, plerumque baccatus, passim drupaceus, limbo calycis in plurimis coronatus, 1-2-aut multiloculаris. Embryo

(Corculum Juss.) oblongus, tenuis, perispermio (albumine. G.) magno corneo involutus. Plura rubiacea genera (quod etiam in omni ordine valde naturali locum habet) inter se nimis affinia aegre distinguuntur.

436. CINCHONA. *Cal.* campanulatus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: limbo 5-partito utplurimum hirto. *Caps.* oblongo-teres, 2-locularis, 2-partibilis: dissepimento parallelo. *Sem.* numerosa, compressa margine membranaceo cincta.

* *Staminibus inclusis.*

1. *officinalis*, fol. ovato-lanceolatis glabris, caps. oblongis. Vahl. in Act. Suc. Hist. nat. Haf. 1. p. 17. t. 1. Willd. Sp. 2. p. 957. Lam. enc. t. 64. f. 1. Habit. in Loxa Peruviae. Panicula terminalis; patens trichotoma. Caps. semipollicaris, lineis obscuris elevatis. Vahl. ♄

2. *pubescens*, fol. ovatis basi elongatis subtus pubescentibus, caps. cylindricis. Vahl. l. c. p. 19. t. 2. Hab. in Peru. ♄ +

3. *macrocarpa*, foliis obovatis subtus pubescentibus costatis. Vahl. l. c. p. 20. t. 3. C. officinalis. Linn. suppl. 144. Hab. in regno Santa-Fé. Rami villoso-tomentosi. Cal. campanulatus pubescens. Cor. coriacea pilis adpressis tomentosa. Caps. bipollicaris. ♄

* *nitida*, fol. obovatis nitidis, panic. brachiata, cor. albo-purpureis, limbo parum hirsuto. Flor. Per. 2. p. 50. t. 191. Ruiz. quinol art. 2. p. 56. Hab. in Andium montibus altis, nemorosis, frigidis et in pluribus aliis locis in Peruvia. Fol. glabra, subtus venosa.

Obs. Antifebrilis, tonica et antiseptica est. In provincia Huanuci Tarmae, Huamalies et Xauxae pro genuino cortice Peruviano, majorique pretio quam reliquae species venditur. An peculiaris species?

4. *hirsuta*, fol. ovalibus crassis margine reflexis, supra nitidis venosis, subtus pubescentibus: terminalibus subcordatis, flor. corymbosis (purpurascentibus.) Fl. Per. 2. p. 57. t. 192. Cresc. cum priore, cum qua eodem pretio aestumatur. Caps. obscure purpurea, exsiccatione atra. ♄

5. *purpurea*, fol. oblongo-ovalib. ovatisq. (purpurascentib.) panic. brachiata magna, fl. subcorymbosis, cor. albo-purpureis, limbo hirsuto albo. Flor. Per. 2. p. 52. t. 193. In Andium montibus imis nemorosis. Caps. oblonga angusta.

6. *ovata*, fol. ovatis subtus tomentosis, panic. brachiata, florib. subcorymbosis. Flor. Per l. c. t. 195. Cresc. in Andium montibus imis nemorosis calidis versus Pozuzo et Pauao. Fol. subtus venis purpurascentibus. Cor. pubescens limbo patente albo. ♄

7. *lanceolata*, fol. lanceolato-oblongis glabris, panic. brachiata magna, flor. subcorymbosis. Fl. Per. 2. p. 51. In Andium montib. frigidis et nemorosis. Cor. roseo-purpurea, limbo hirsuto. Cort. extus fuscus, intus lutescens.

8. *magnifolia*, fol. oblongis ovalibusque glabris, panic. brachiata, flor. subcorymbosis, cor. albae limbo villosiusculo. Flor. Per. 2. p. 53. t. 196. Cresc. in Andium nemorib. calidissimis prope torrentes. Cor. odorata uti Citrus Aurantium. Arbor fere 40-ulnaris, coma valde frondosa, erecto patens. Caps. oblonga magna.

9. *acutifolia*, fol. ovatis acutis, panic. terminalibus brachiatis, cor. candidis glabris. Flor. Per. 3. p. 1. t. 225. Hab. in Peruviae Andium nemorosis. Filam. medio tubi inserta; Anth. inclusae. Capsula turbinata.

10. *micrantha*, fol. ovalibus obtusis, panic. maxima, flor. nemorosis parvis, cor. albae limbo lanato. Flor. Per. 2. p. 52. t. 194. Cum priore in montibus altis frigidis. Arbor 23-ulnaris.

11. *glandulifera*, fol. ovato-lanceolatis supra glandulosis, panic. subcorymbosis, cor. albido-roseis limbo lanuginoso. Flor. Per. 3. p. 1. t. 224. Cresc. in locis saepe memoratis. Frutex 2-orgialis.

12. *dichotoma*, fol. oblongo-lanceolatis, pedunculis terminalibus dichotomis paucifloris, caps. angustis linearib. longis. Flor. Per. 2. p. 53. t. 197. Cort. fuscus, maculis albis variegatus, amarissimus.

13. *rosea*, fol. oblongis obtuse acuminatis, panic. brachiata, flor. corymbosis. cor. fauce glabra, limbo margine tomentoso. Flor. Per. 2. p. 54. t. 199. In Andium nemoribus imis, copiose ad Pozuzo etc. tractus. Filam. basi hirsuta, infra medium tubi inserta. Anth. parum exertae. Fol. palmaria, nitida, a formicis quibusd. exiguis avide appetuntur.

** EXOSTEMA, *Staminibus exertis.*

14 *philippica*, fol. ovatis glabris, flor. corymbosis, pedunc. trifidis, anth. exer-

tis. C.v. ic. 4. p. 15. t. 329. Hab. prope Manila in St. Cruz. Née. Arbor humilis.

15. *longiflora*, pedunc. axillaribus 1-floris, fol. lineari-lanceolatis glabris, cor. tubo longissimo. Lambert de Cinchona. p. 38. t. 12. C. caribaea. Journ. de Phys. Oct. 1790. p. 243. t. 1.

Obs. Cinchona *spinosa* ejusdem auctoris hoc ad genus non pertinere videtur.

16. *caribaea*, foliis ovato-lanceolatis, pedunc. axillaribus terminalibusque unifloris, stamin. exertis. Swartz. obs. 72. Jacq. amer. Cinchona jamaicensis. Wright. in Act. angl. vol. 67. p. 504. t. 10. Hab. in Caribaeis. ♄

17. *corymbifera*, fol. oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus. Linn. suppl. 144. Forst. in Act. ups. nov. 3. p. 176. Habit. in ins. Tongatabu et Eaove maris pacifici. Folia palmaria saturate viridia, nervo subtus purpureo. Corymb. trichotomus magnus. ♄

18. *lineata*, panic. terminali, fol. ovatis acuminatis glabris lineatis, caps. pentagonis. Vahl. l. c. p. 22. t. 4. Habit. in St. Dominica. ♄

19. *floribunda*, panic. terminali, caps. turbinatis laevibus, fol. ellipticis acuminatis. Vahl. p. 23. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 375. Lam. enc. t. 164. f. 2. Cinchona montana. Badier. Roz. Journ. de Phys. Feb. 1789. p. 129. Ust. et Roem. Mag. de Bot. 6. p. 96. t. 3. Hab. in Jamaica, Hispaniola, St. Lucia, Dominica et Guadeloupe locis montosis et ad torrentum ripas. ♄

20. *brachycarpa*, panic. terminali, caps. obovatis costatis, foliis ellipticis obtusis. Vahl. p. 24. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 378. Hab. in montibus umbrosis Jamaicae occidentalis. Caps. obovata lineis 10 elevatis costata. Vahl.

21. *angustifolia*, flor. paniculatis glabris, caps. oblongis pentagonis, fol. lineari-lanceolatis pubescentibus. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 380. et in Act. holm. 1787. p. 117. t. 3. Lam. t. 164. f. 3. Hab. in Hispaniola ad ripas petrosas fluviorum. ♄

Obs. Auctores Florae Peruvianae, vol. 2. p. 49. de speciebus hujus subdivisionis censent, eas ad genus, *Portlandia* referri debere.

437. COSMIBUENA. *Cal.* deciduus, 5-dentatus. *Cor.* tubus longissimus: limbo reflexo obliquo glabro. *Stam.* infra faucem inserta. *Caps.* apice bivalvis; valvulis involutis subbilocularis. Recept. lamellata hinc valvulis adpressa, inde seminifera. *Sem.* ovalia, cincta ala lineari reticulata.

1. *obtusifolia*, fol. ovalibus obovatisque obtusis, flor. corymbosis. Flor. Per. 3. p. 3. t. 198. Cinchona grandiflora. Flor. Per. 2. p. 53. Cresc. ad Pozuzo ripas. Cor. candida, fragrantissima. Arb. 3-orgyalis.

2. *acuminata*, fol. ovalibus acuminatis, flor. solitariis sessilibus. Flor. Per. l. c. p. 4. t. 226. Hab. in Peruviae Andium nemorosis imis. Arbor 5-ulnaris.

438. PINKNEA. *Cal.* laciniae inaequales: 1-2 bracteaeformibus magnis. *Cor.* longe tubulosa. *Filam.* basi tubi inserta. *Caps.* superne 2-valvis: valv. medio septiferis. *Sem.* alata, transverse invicem superposita.

1. *pubescens*, fol. ovalibus subtus subtomentosis, flor. fasciculato-paniculatis. Michaux Flor. 1. p. 105. Hab. ad Georgiae ripas fluvii St. Mariae. Subarborescens. Cinchonae affinis.

439. PORTLANDIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* clavato-infundibuliformis: laciniis patenti-deflexis. *Caps.* 5-gona, retusa, coronata, 2-locularis, 2-valvis: valv. duplicatis 2-fidis, polysperma.

1. *tetrandra*, flor. tetrandris. fol. obovatis. Forst. prod. n.° 86. Willd. Sp. 2. p. 935. Lin. suppl. 143. In insula Savage Island maris pacifici. Cor. tetragona. ♄

2. *grandiflora*, flor. pentandris, foliis lanceolato-ellipticis. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 385. Smith. ic. pict. I. p. 6. t. 6. Brown. jam. 164. t. 11. f. 1. Habit. in Jamaicae rupibus calcareis. Cor. Daturae. ♄

3. *coccinea*, florib. pentandris, foliis ovatis coriaceis. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 384. Hab. rarius in Jamaicae occident. praecipitiis montium. ♅

4? *corymbosa*, flor. corymbosis, fol. ovatis acutis lanceolatisque, stipulis subovatis, flor. pentandris Flor. Peruv. 2. p. 49. t. 190. f. a. Habit. in Andium praeruptis, locis calidis. Cor. calyce 4-plo longior. ♄

440. DANAIS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: fauce villosa. *Stylus* apice bifidus. *Caps.* globosa, umbilicata, 2-locularis, apice 2-valvis, polysperma. *Sem.* margine membranaceo. (Genitalia exerta.)

1. *fragrans*, (deoudata), fol. lanceolatis, flor. dioicis, caps. calyce deciduo denudatis. Paederia fragrans. Lam. enc. 2. p. 257. t. 166. f. 2. Willd. Sp. 2. p. 1219. Hab. in ins. Madagascaria, Mauritia et Borbonia. Planta scandens, uti sequentes. Rad. rubra.

β. *coronata*, capsul. laevibus calyce persistente coronatis. An distincta species?

2. *sulcata*, fol. ovatis, caps. sulcatis cal. subfoliaceo coronatis. In ins. Mauritia, ubi altissimas arbores scandit. ♄

Obs. Vidi has species in Herbario dom. Aubert du Petit Thouars, qui earum characteres ex observationibus in locis natalibus institutis mecum communicare voluit. Hoc genus *Cinchonis* affine et ab iis caps. globosis praecipue differt.

441. GENIPA. *Cal.* tubulosus aut turbinatus subinteger. *Cor.* hypocrateriformis, limbo magno 5-partito. *Anth.* in fauce sessiles exertæ. *Stigma* clavatum, integrum s. simplex. *Bacca* (magna) carnosa, apice attenuato-truncata, 2-locularis, polysperma.

1. *oblongifolia*, fol. oblongo-ovatis subsessilibus, racemis terminalibus. Flor. Per. 2. p. 67. t. 220. f. a. Hab. in Peruv. Andium nemorib. imis calidis. Bacca mali persici magnitudine, ex cujus pulpa et seminibus Indi colore nigro persistente faciem manusque inficiunt. Etiam lignum, colore roseum, utilissimum est.

2. *americana*, (grandifolia), foliis lanceolatis subsessilibus integris Lin. Gardenia Genipa. Swartz. obs. p. 84. Willd. Sp. 2. p. 1228. Plum. Sp. ic. 136. Hab. in Amer. meridionali. Arbor, florens Junio. Fruct. citri magnitudine, edulis.

Obs. Hoc genus a Gardeniis inter alia stigmate clavato nec bilamellato distinguendum, hinc omnes Gardeniae tali gaudentes stigmate, huc referri debent. An hujus generis *stylocoryna*. Cav. ic. 6. p. 21. t. 536?

3. *Merianae*, tota hirsuta, fol. oblongo-obovatis, florib. in summitate congestis, fructu depresso-globoso. Richard in Act. Soc. Nat. Paris. p. 107. Hue Duroia Ericepila. Lin. suppl. Hab. in Cayenna.

4. *edulis*, glaberrima, foliis oblongis, flor. in summitate congestis, plurimumque 4-fidis; fructu globoso laevi. Richard l. c. Cum priore.

442. GARDENIA. *Cal.* laciniæ verticales aut obliquæ. *Cor.* primo contorta, infundibuliformis 5-9-fida: tubo sæpius longo. *Stylus* elevatus. *Stigma* bilobum. *Bacca* 2-locularis, polysperma. *Sem.* duplice serie disposita. *Antheræ* ori tubi insertæ.

* *Inermes.*

1. *radicans*, inermis, fol. lanceolatis, cor. hypocrateriformibus obtusis, calyce angulato, caule radicante. Willd., Sp. 2. p. 1225. Thunb. Diss. de Gardenia n.° 1. t. f. 1. et ejusd. Diss. acad. 2. p. .;. Hab. in Japonia. ♄

2. *florida*, inermis, fol. ellipticis, cor. hypocrateriformibus, calycinis laciniis verticalibus lanceolato-subulatis. Ait. Kew. 1. p. 293. Lin. suppl. 163. Ehret. pict. t. 15. Rumph. 7. t. 14. f. 2. Habit. in India orientali, Surate, Amboina et Cap. bon. spei. Flor. solitarii, magni, odori. ♄

3. *longiflora*, inermis, fol. lanceolatis, cor. longissimis hirsutis acutis, bacca cylindrica. For. Peruv. 2. p. 67. t. 219. f. a. Hab. in Andium nemoribus imis calidis ad Pozuzo. Frut. 2. orgyalis, valde ramosus. Bacca lutea, 1 1/2-palmaris, pulpa dulci eduli.

4. *tubiflora*, inermis, fol. ellipticis undulatis, flor. ternis, cor. lacinis linearibus reflexis: tubo filiformi longissimo. Andr. t. 183. Hab. in Sierra Leone. Odor fragrantissimus.

5? *Thunbergia*, inermis, foliis ellipticis otrinque acuminatis, cor. hypocrateriformibus, cal. latere rumpentibus, laciniis apice dilatatis cucullatis. Ait. Kew. 1. p. 294. Thunb. Diss. de Garden. n. 3. Thunbergia capensis. Mont. Act. holm. 1773. p. 282. t. 11. Habit. ad Cap. b. spei et in Manilla. Cal. appendiculatus la inis cucullatis. Cor. limbus planus decempartitus. Filam. o. Anther. 9. s. 10. Stigma oblique truncatum, 5-sulcatum, sulcis reflexis emarginatis. An potius peculiare genus?

6. *latifolia*, inermis, fol. obovato-sub-

rotundis, cor. hypocrateriformibus, laciniis calycinis subulatis obtuse carinatis. Ait Kew. 1. p. 234. H. in montibus Indiae orientalis. ♄

7. *clusiaefolia*, Inermis, caule erecto, fol. obovatis emarginatis, panic. terminali, laciniis corol. cuspidatis. Willd. p. 1227. Jacq. collect. append. p. 37. t. 4. f. 3. Catesb. carol. 1. p. 59. t. 59. Habit. in insulis Bahamensibus. ♄

8. *gummifera*, inermis, foliis oblongis obtusis hirtis, stipulis subulatis, laciniis calycinis ovatis brevissimis, tubo recto. Lin. suppl. 164. Thunb. Diss. de Gard. n. 4. t. 2. f. 3. Hab. in Zeylona. Ex rimis corticis et foliis sudat Gummi-resina, Gummi Elemi simillima. ♄

9. *Mussaenda*, inermis, foliis ovatis acutis, stipulis mucronatis, laciniis calycinis subulatis compressis, tubo incurvato hirto. Lin. suppl. 163. Mussaenda formosa Jacq. amer. 70. t. 48. Ed. picta t. 70. Hab. in Carthagenae sylvis. Fol. subpubescentia. ♄

* *madagascariensis*, inermis, foliis ovatis utrinque glabris, flor. axillaribus sessilibus solitariis longe tubulosis externe tomentosis. Lam. enc. 2. p. 608. Hab. in Madagasc. Antecedenti affinis.

10. *Rothmannia*, inermis, fol. oblongis, stipulis subulatis, laciniis calycinis subulatis teretibus longitudine tubi, tubo glabro ampliato brevi. Lin. suppl. 165. Th. in Act. holm. 1776. p. 65. t. 2. Hab. ad Cap. b. spei. Flores suaveolentes, imprimis nocte. ♄

** *Spinosae.*

11. *uliginosa*, spinosa, ramis apice spinosis, cor. intus tubo hirsutis. Retz. obs. 2. p. 14. Hab. in paludosis Indiae. ♄

12. *armata*, spinosa, spinis ramulorum terminalibus quaternis, laciniis calycinis linearibus cuneiformibus, flor. aggregatis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 524. Jacq. amer. 70. Hab. in Martinicae et Carthagenae sylvis. ♄

13. *micranthus*, spinosa, fol. ellipticis utrinque acutis spinis longioribus, florib. sessilibus, corol. glabris. Willd. Thunb. Diss. t. 1. f. 2. Hab. in China et Zeylona. ♄

14. *multiflora*, spinosa, spinis fol. brevioribus uncinatis, fol. ovalibus acuminatis, flor. cymoso-umbellatis. Willd. Sp. 2. p. 1231. Randia longiflora. Lam. enc. 3. p. 25. ill. t. 156. f. 3. Hab. in India orientali. Tubo longo, stigmate et antheris ad faucem corol. cum Gardeniis magis convenit.

443. MUSSÆNDA. *Cor.* infundibulif. *Stigmata* 2, crassiuscula. *Bacca* oblonga, 2-locularis, polysperma. *Sem.* quadrifariam disposita. *Stam.* tubo interne inserta.

1. *frondosa*, ramis foliisque ramorum et paniculae villosis. Vahl. symbol. 3. p. 37. Willd. Sp. 2. p. 997. Burm. zeylan. 165. t. 76. Rumph. 4. t. 51. Rheed. 2. t. 18. Hab. in India. Bractea altera enata in folium album, ellipticum, nervosum, panicula longius. L. ♄

2. *glabra*, ramis foliisque ramorum et panicolae glaberrimis. Vahl. l. c. p. 38. In India orientali. Rumphii folium principissae huc pertinere videtur. Vahl. ♄

444. RANDIA. *Cal.* 5-partitus: lacin. lineari-lanceolatis contortis. *Cor.* hypocrateriformis: tubo cal. vix longior. *Stigma* bilobum: lobis oblongis, inæqualibus. *Bacca* dissepimento incompleto, semibilocularis, cal. tubuloso coronata. *Sem.* plurima, per 4 series alternatim superimposita.

1. *obovata*, spinis oppositis, fol. obovatis acutis. Flor. Per. 2. p. 68. t. 220. f. b. Habit. in Peruviae Andium praeruptis calidis. Bracteae 7 sub singulo flore.

2. *rotundifolia*, spinis ramisque subverticillatis, foliis subrotundis ovatisque rugosis. Flor. Per. l. c. Cresc. in Peruv. nemoribus. Stipul. intrafoliaceae membranaceae fulvae.

3. *latifolia*, fol. spathulato-ovalibus, spinis in apice fol. multo breviorib. Lam. enc. 3. p. 25. Randia aculeata. Lin. Gardenia Randia. Willd. Sp. p. 1230. Brown. Jam. t. 85. f. 1. Habit. in Antillis, Jamaica etc.

β ? *mitis*, subinermis, fol. subovalib. Lin. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p 528. Sloan. Jam. hist. 2. p. 18. t. 161. f. 1. Cum priore.

4. *parvifolia*, fol. obovatis fasciculatis spinis subbrevioribus. Lam. l. c. p. 25. Sloan. l. c. 2. p. 100. t. 207. f. 1. Cresc. in Jamaica, St. Domingo. Magis spinosa.

5. *parviflora*, fol. ovatis petiolatis spi-

nis arcuatis brevissimis, flor. pedicellatis subfasciculatis axillaribus. Lam. l. c. Gardenia micranthus. Thunb. Willd. Spec. 2. p. 1230?

445. CANTHIUM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, patens. *Stylus* elevatus. *Stigma* capitatum aut clavatum. *Bacca* corticosa, 2-locularis, 2-sperma. *Sem.* hinc convexa, inde plana: sulco longitudinali.

* *Spinosa, stigma capitato.*

1. *chinense*, spinosa, floribus sessilibus hirsutis. Gardenia spinosa. Thunb. Willd. Sp. 2. p. 1229. In China.

2. *coronatum*, spinosum, fol. ovato-cuneiformibus obtusis, laciu. calycinis foliaceis, baccis coronatis. Lam. enc. 1. p. 602. Gardenia spinosa. Lin. suppl. Pluck. alm. t. 98. Gard. dumetorum. Ait. Willd. l. c. f. 6. Habit. in India. Horride spinosa.

3. *parviflorum*, foliis ovatis petiolatis spicis vix longioribus, dentibus calycinis acutis brevissimis baccis nudis umbilicatis. Lam. l. c. Roxb. Corom. 1. p. 39. t. 51. β. fol. majoribus et acutioribus. Pluck. l. c. f. 3. Webera tetrandra. Willd. Sp. 2. p. 1224. Habit. in India orient. Radix dicitur amara, rubra, odore grato.

4. *pedunculare*; spinosum, fol. ovato-acutis subsessilibus, peduncul. folio longioribus. Cav. ic. 6. p. 21. t. 436. In Insul. philippices.

** Cupia, *inermia, stigma clavato.*

5. *corymbosum*, inerme, fol. oblongis acutis, corymbo terminali. Willd. l. c. sub Webera. Rondeletia asiatica. L. Cupi. Rheed. mal 2. t. 23. In Malabaria et Zeylona. ♄

6. *cymosum*, inerme, fol. ovatis acuminatis, cymis multifloris axillarib. Webera cymosa. W. Hab. in India orientali. Arb. ramis pubescentibus. Stigm. capitato-bilobum. W.

Obs. An posteriores duae hae species revera hujus generis? Nomen *Webera* caeterum inter muscos, a pluribus jam adoptatum, conservandum est.

446. ERITHALIS. *Cal.* urceolatus. *Cor.* 5-partita, laciniis recurvis. *Bacca* 10-locularis, 10-sperma.

... *carolinense*, caule volubili herbaceo ... to, fol. ovato-cordatis acutis hirsutis, flor. subumbellatis, cor. obtusis. Jacq. ic. 2. t. 342. Coll. 2. p. 288. Hab. in Carolina. ♃

18. *obliquum*, caule volubili herbaceo hirsuto, fol. cordatis acutis villosis, florib. umbellatis, petalis obliquis ad oras revolutis. Jacq. ic. 2. t. 341. Collect. 1. p. 148. Hab. in Carolina. ♃

19. *hirtum*, caule volubili fruticoso inferne suberoso fisso, fol. ovato-cordatis. L. Moris. S. 15. t. 3. f. 61. Hab. in America. ♃

20. *crispiflorum*, caule volubili, foliis subtus villosis oblongis cordatis, sinu clauso, petalis apice crispis. Plum. ic. 210. t. 216. f. 1. Hab. in fruticetis Jamaicae et ad isthmum Darien. ♄

21. *prostratum*, caule prostrato herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis subtus tomentosis. Willd. Cav. ic. 1. p. 5. t. 7. Hab. in Mexico. ♃

22. *monspeliacum*, caule volubili herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis glabris. Cav. ic. 1. p. 44. t. 60. Jacq. ic. 2. t. 340. Collect. 4. p. 168. Hab. in Hispania et Narbonae maritimis. ♄

23. *sibiricum*, caule volubili herbaceo, fol. articulato-cordatis glabris. Willd. in N. Act. berol. v. 2. t. 6. f. 1. Hab. in Sibiria. Non confundendum cum C. *erecto*.

24. *extensum*, caule volubili herbaceo hirto, fol. reniformi-cordatis acutis, petalis acutis, margine hirsutis. Jacq. ic. 1. t. 54. Misc. 2. p. 353. C. cordifolium. Retz. obs. 2. p. 15. Hab. in India orientali. ♄

25. *reticulatum*, caule volubili, foliis acuminatis glabris planis, umbellis axillaribus. Willd. p. 1258. Retz. obs. 2. p. 15. Hab. in India orientali. ♄

26. *undulatum*, glabrum, caule volubili fol. oblongis acuminatis, basi attenuatis, undulatis, umbellis capitatis. Willd. Jacq. amer. 85. t. 58. ed. pict. t. 84. Hab. Carthagenae in monte de la Popa. Cal. cinereus. Cor. violacea. ♄

27. *parviflorum*, caule volubili filiformi, fol. ovatis apice subulatis, umbellis subsessilibus. Swartz. Fl. ind. occident. 1. p. 537. Plum. ic. 215. f. 1. Hab. in fruticetis sylvaticis montosis Indiae occidentalis. ♄

28. *erectum*, caule erecto divaricato, fol. cordatis glabris. L. Jacq. hort. t. 38. In Syria. ♄

29. *hastatum*, fol. subhastato-lanceolatis 2 auriculis rotundatis, flor. fasciculatis subsessilibus. Hab. in Africa.

30. *angustifolium*, caul. volubili, fol. linearibus angustis, umbellis longe pedunculatis. Hab. ad littora maris in Carolina. Michaux, fil. Ex Herb. Rich.

✝ GONOLOBIUM. *Cor.* rotata, 5-partita. Appendix (nectar. L.) brevissima, inclusa. *Stylus* discoideo-5-gonus. *Folliculi* ut plurimum costati seu angulati.

31. *macrophyllum*, sarmentis petiolisque hirtis, fol. amplis abrupte acuminatis puberulis, cor. laciniis ovali-lanceolatis. Michaux. Flor. 1. p. 119. sub *Gonolobo*. Vincetoxicum gonocarpos. Walt. Hab. in Carolinae sylvis.

32. *hirsutum*, sarm. petiolisque hirsutissimis, fol. sensim acuminatis utrinque pubescentib., cor. lacin. oblongo-ovalibus obtusis. Michaux. l. c. Vincet. acanthocarpos. Walt. Cum priore. Follic. oblongi sparsim muricati.

33. *laeve*, sarment. glabriusculis, fol. subcordato-cordatis, folliculis laevibus. Michaux. l. c. sub Gonolobo. Hab. in dumetosis ripariis flum. Mississipi.

34. *obtusifolium*, fol. cordatis suborbiculatis subtomentosis mollibus. Hab... Ex herbario Rich.

35. *planiflorum*, caul. volubili, fol. cordatis glabris subtus tomentosis, pedunc. subracemosis. L.* Jacq. amer. ed. pict. t. 81. Hab. in Carthagen. Amer. Flor. virescentes. J.

36? *album*, caule volubili, fol. oppositis ovato-acutis inferne albis umbel. solitariis multifloris. Cav. ic. 4. p. 5. t. 310. sub Asclep. In Peru. Cor. rotata, sordide alba. Cornic. clausi, candidi. C.

✝✝ VINCETOXICUM. *Cor.* erecta. *Nectarium squamulas s. callas* 5, *carnosas retusas sistens.*

37. *Vincetoxicum* (vulgare), caule erecto, fol. ovatis acuminatis margine tenuissime ciliatis. Willd. Sp. p. 1268. sub *Asclepias*. Flor. dan. t. 849. Vincetoxicum officinale. Moench. method. p. 717. Hab. in montosis calcareis et in sylvaticis. ♃

38. *nigrum*, caul. superne subvolubili, fol. ovatis basi barbatis. Lin. sub Asclep. Hab. in Italiae et Galliae meridionalis collibus. Cor. nigrescens. ♃

Obs. Ob appendices uniformes solidas duae hae species cum Cynanchis majorem affinitatem habent, quam Asclepiadialibus; an potius distinctum efficiunt genus?

625. APOCYNUM. *Cor.* campanulata. *Filamenta* 5, cum staminibus alterna. *Styl.* subnullus. *Stigma* latum. *Folliculi* longi, lineares.

1. *filiforme*, caule decumbente herbaceo hirto, foliis lineari-filiformibus, floribus umbellatis. Thunb. prod. 47. Willd. 2. p. 1259. Hab. ad Cap. b. spei.

2. *hastatum*, caule decumbente herbaceo, fol. hastatis. Thunb. l. c. A. minutum. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. filiform. Umb. simplex subsexflora. ♃

3. *androsaemifolium*, caule rectiusculo herbaceo, fol. ovatis utrinque glabris, cymis terminalibus glabris. L. Dod. mem. 59. t. 5? Moris. s. 15. t. 3. f. 16. Hab. in Virginia, Canada. Flor. rosei, muscicapae. ♃

4. *cannabinum*, caule rect. herbaceo, fol. oblongis subtus tomentosis, cymis lateralibus folio longioribus. Ait. Kew. 1. p. 303. Michaux. Flor. 1. p. 122. Moris. s. 15. t. 3. f. 14. Hab. in Canada, Virginia. Cor. pallescente-virides. Fol. in culta magis glabra. ♃

5. *hypericifolium*, caule erectiusculo herbaceo, fol. oblongis cordatis glabris, cymis folio brevioribus. Aiton. p. 304. Jacq. hort. 3. p. 37. t. 66. Hab. in America boreali. ♃

6. *venetum*, caule erectiusculo herbaceo, fol. elliptico-lanceolatis mucronatis, margine denticulato-scabris. Willd. Hab. in Adriatici maris insulis. ♃

7. *paniculatum*, caule frutescente volubili, fol. ovato-lanceolatis acutis glabris, floribus terminalibus et axillaribus paniculatis. Lam. encyclop. 1. p. 212. A. Acouci. Aubl. guj. 1. p. 274. t. 107. Hab. in pratis Sinemariensibus Gujanae. ♄

8. *umbellatum*, caule volubili frutescente, fol. ovatis acuminatis subtus tomentosis, cyma terminali. Willd. Flor. purpurascentibus. Aubl. guj. 1. p. 275. t. 106. Hab. in Cajenna. ♄

9. *tiliaefolium*, caul. volubili suffruticoso, fol. cordato-subrotundis acuminatis longe petiolatis. Lam. enc. 1. p. 214. Rheed. 9. t. 15. Rumph. 5. t. 175. f. 2? Hab. in India. Sonnerat. Flor. magni in fasciculo umbelliformi axillari.

10. *cotinifolium*, fol. rotundatis obtusis petiolatis viridibus, flor. parvis corymbosis terminalibus. Lam. l. c. p. 215. Hab. in ins. Java.

11. *reticulatum*, caule volubili perenni, fol. ovatis venosis. Rumph. 5. t. 40. Hab. in India. ♄

12. *cordatum*, caule volubili hirto, fol. ovatis subtus villosis. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

13. *lanceolatum*, caule volubili herbaceo striato glabro, fol. lanceolatis, umbella triflora. Thunb. Hab. ad Cap. b. spei.

14. *triflorum*, caule volubili herbaceo piloso, fol. lanceolatis, umbellis laterali b. subtrifloris. Thunb. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei.

15. *lineare*, caule volubili, herbaceo glabro, fol. lineari-lanceolatis, florib. paniculatis. Thunb. A. fol. linearibus planis, umb. axillaribus compositis. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei.

† QUIRIVELA. *Caps.* ovalis, cal. tecta, 1-locularis, 5-valvis. *Sem...? Flor...?*

16. *frutescens*, caule erecto frutescente, fol. lanceolato-ovalibus, cor. acutis, fauce villosis. Lin. Willd 2. p. 1260. Flor. Zeyl. . 12. f. 1. Quirivelia *zeylanica*, fol. ovato-anceolatis subacuminatis, flor. racemosis xillarib. Poir. in Enc. bot. vol. 6. (ined.) . 24. Lam. enc. 1. p. 215. Kirwael Zeylonensium. Hab. in Zeylona.

Obs. Hanc plantam non hujus generis, :c ejusdem familiae esse dicitur. In vivis it melioribus speciminibus hinc ulterius :aminari debet.

16. **ASCLEPIAS.** Contorta. *Cor.* rotata, (sæpius) reflexa. *Nect.* 5. ovata, concava, corniculum exserentia. *Anth.* corueae longitudinaliter dehiscentes.

** Foliis nullis.*

aphylla, caul. aphyllo. Thunb. prod. 47. illd. Sp. 2. p. 1262. Hab. ad Cap. b. spei.

** * Foliis oppositis planis.*

. *undulata*, fol. sessilibus oblongis lanlatis, undulatis glabris, petalis ciliatis. pl. 312. Comm. rar. 16. t. 16. Hab. ad ., b. spei. ♄

. *crispa*, fol. cordato-lanceolatis unitis scabris oppositis, umb. terminali. . suppl. 170. A. undulata, fol. revoluto-ndis pilosis. Syst. veg. p. 214. Comm. 17. t. 17. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. purei. ♄

pubescens, fol. ovatis venosis nudis, caule fruticoso pedunculisque villosis. L. Moris. 3. s. 15. t. 3. f. 35. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. purpurascentes. ♄

5. *mucronata*, fol. oblongis mucronatis glabris, umbellis axillaribus. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei.

6. *procera*, fol. obovato-oblongis, petiolis brevissimis, cor. subcampanulatis. Ait. Kew. 1. p. 305. A. gigantea. Jacq. obs. 3. p. 17. t. 69. Houttuyn. 5. t. 44. Hab. in Persia. ♄

7. *gigantea*, fol. obovato-oblongis, petiolis brevissimis, laciniis cor. reflexis involutis. Ait. Kew. 1. p. 305. Rheed. 2. t. 31. Seb. thes. 1. t. 26. f. 1. Hab. in India orientali. Valde venenata. Nectaria laminas solidas conniventes sistit. Cor. albo-rubroque variegata. ♄

8. *grandiflora*, fol. petiolatis oblongis pilosis, caule simplici hirto erecto, flor. axillaribus pedunculatis. Lin. suppl. 170. Habit. ad Cap. b. spei. Umb. nulla. Flos colore Fritill. Meleagridis tessellato. L.

9. *carnosa*, fol. ovatis carnosis glaberrimis. Lin. suppl. 170. Hab. in China. †

10. *syriaca*, fol. ovalibus subtus tomentosis, caule simplicissimo, umbellis nutantibus. L. Blackw. t. 521. Hab. in Virginia, circa Astracan. Planta utilissima. Sem. coma pro serico et caules lini adinstar praeparari possunt.

β. *illinoensis*, caule simpl., fol. lanceolato-oblongis sensim acutis subtus tomentosis, umbel. subnutantibus tomentosis. A. *syriaca*. β. Michaux. Flor. 1. p. 115. In pratis Illinoensibus.

11. *obtusifolia*, foliis amplexicaulibus oblongis rotundato-obtusis undatis, umbel. terminali longius pedunculata glabra, corniculis exsertis. Michaux. l. c. Hab. a Virginia ad Carolinam.

12. *hybrida*, caul. simplicissimo subtomentoso, fol. petiolatis ovalib. puberulis, umbel. aphyllis terminalib. Michaux. A. variegata. Walt. Hab. in Carolina. Cor. purpurascens : limbo albente.

13. *amplexicaulis*, tota glauca, caul. decumbentibus simplicibus, fol. cordatis amplexicaulibus, corniculis delitescentib. compresso-ligulatis. Michaux p. 116. Hab. in pascuis aridis subulosis in Georgia. Fol. purpureo-venosa. Umb. e summis axillis et terminales.

14. *humistrata*, fol. sessilibus cordatis

oppositis, caul. prostrato, umbel. axillaribus. Walt. Flor. carol. p. 105. Hab. in Carolina.

* 15. *amoena*, fol. ovatis subtus pilosiusculis, caule simplici bifariam puberulo, umbellis nectariisque erectis. L. Michaux. Flor. p. 118. In America septentrionali. Habitus prioris. Petal. purpurea, append. longis roseis. M.

16. *purpurascens*, foliis ovatis subtus villosis, caule simplici, umbellis erectis, nectariis resupinatis. Dill. elth. 32. t. 28. f. 31. Hab. in Carolina. Affinis A. syriacae, uti sequens. ♃

17. *variegata*, fol. ovatis rugosis nudis, caule simplici, umbellis subsessilibus: pedicellis tomentosis. L. Pluck. alm. 34. t. 77. f. 1. Hab. in Amer. boreali. ♃

18. *curassavica*, fol. lanceolatis petiolatis glabris nitidis, caule simplici, umb. erectis solitariis lateralibus. Mill. Swartz. obs. 106. Sloan. hist. 2. t. 129. Dill. elth 34. t. 30. f. 33. Hab. in Curassao. Flor. aurantii, pulchri. Folliculi ad latera denticulati. ♄

19. *nivea*, fol. ovato-lanceolatis glabriusculis, caule simplici, umb. erectis lateralibus solitariis. L. Dill. elth. 33. t. 29. f. 32. Plum. sp. 2. ic. 30. Hab. in Virginia et America calidiore. Cor. viridis nectar. nivea. Folliculi edentuli. ♃

20. *laniflora*, fol. planis lineari-lanceolatis, caule fruticoso, umbellis lateralibus solitariis, cor. hirsutis. Vahl. symb. 1. p. 23. t. 7. Hab. in Arabia felici. ♄

21. *parviflora*, fol. lanceolatis acuminatis glabris oppositis basi attenuatis, caule suffruticoso erecto, umbellis lateralibus solitariis. Alt. Kew. 1. p. 307. Hab. in Carolina, Florida. ♃

22. *incarnata*, caule erecto superne ramoso tomentoso; fol. lanceolatis utrinque subtomentoso lanuginosis, umbel. pluribus, origine geminis, cornic. exsertis. Michaux. p. 115. Jacq. hort. t. 107. Hab. in Canada, Virginia, in pratis humidis Illinuensibus.

Obs. Culta, dicit Michaux. l. c., omnibus partibus minor, multo magis pubescit, et Willdenow. l. c. p. 1267. fol. determinat *glabra*.

β. *pulchra*, fol. lanceolatis subtus pubescentibus, caul. superne diviso, umbellis erectis geminis. Willd. p. 1267. Hab. in America boreali. ♃

23. *debilis*, glaberrima, caule debili erecto simplici, fol. petiolatis ovali-lanceolatis utrinque acutis membranaceis, pedicel. capillaribus. Michaux. p. 116. Hab. in Carol. aquosis umbrosis. Flor. albi.

24. *citrifolia*, fol. ovatis undulatis subtus discoloribus pubescentibus, umb. terminali, caul. erecto simplici. Willd. Jacq. ic. 2. t. 343. Collect. 2. p. 290. Hab. in Amer. ♃

25. *decumbens*, fol. villosis, caule decumbente. L. Gron. virg. p. 27. Hab. in Virginia. ♃

26. *lactifera*, fol. ovatis, caule erecto, umb. proliferis brevissimis. L. Hab. in Zeylona. Succ. instar lactis inservit. Burm. ♃

27. *volubilis*, arborea volubilis, fol. oppositis planis ovatis integerrimis acuminatis umbellis erectis. Linn. suppl. 170. Hab. in Zeylona. ♄

28. *alexicaca*, caule volubili, fol. inferioribus cordatis, superioribus ovatis, umbellis sessilibus. Jacq. Collect. 2. p. 101. Rheed. 9. t. 13. Hab. in Zeylona. ♃

29. *viminalis*, caule suffrutescente volubili filiformi, fol. oppositis lanceolatis glabris, umb. lateralibus multifloris. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 539. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 207. t. 131. f. 1. Hab. in Jamaicae australis fruticetis sabulosis juxta rivos. ♃

30. *laurifolia*, caule erecto, fol. subsessilibus ovali-lanceolatis sensim angustatis acutissimis glabris margine asperiusculis. Michaux. p. 117. Hab. in Georg. ad amnem Althamaha. Cor. subtus viridescens, supra cum appendiculis purpurea. Affinis A. *amoenae*. L. et var. sequentis? M.

31. *paupercula*, caul. erectiusculo glabro oligophyllo, sursum nudo, fol. linearib. longissimis, umb. terminalib. paucifloris. Michaux. p. 118. A. lanceolata Walt.? In Carol. infer. herbidis humidis. Cor. rubella, append. lutea.

32. *graminea*, fol. linearib. gramineis oppositis, caul. ramoso, umbel. terminalib., cornicul. erectis mucronatis. Lam. enc. 1. p. 283. In India. Caul tenuis, subangularis.

*** *Foliis lateralibus revolutis.*

33. *arborescens*, fol. revolutis ovatis, caule fruticoso subvilloso. Burm. afr. 31. t. 13. Hab. in Cap. b. spei montibus. Cor. albae. ♄

34. *fruticosa*, fol. revolutis lineari-lanceolatis, caule fruticoso. Lin. Herm. Mill. dict. t. 45. Pluck. alm. 36. t. 138. f. 2. β. crassifolia. L. Syst. Veg. p. 214. Hab. ad Cap b. spei. Nect. compressa absque

ungue, cujus loco auriculae duae, longiores, reflexae. L. ♄

35. *sibirica*, fol. revolutis lineari-lanceolatis oppositis ternatisque, caule decumbente. Gmel. sib. 4. p. 77. n. 21. Murr. comment. goetting. 1779. p. 23. t. 7. Hab. in Sibiria. Var. fol. alternis, binis et ternis. ♃

36. *davurica*, fol. linearibus subulatis piloso-ciliatis oppositis, umb. pedunculatis axillaribus, calycib. pilosis. Willd p. 1272. Hab. in Davuria. Distincta fol. brevioribus, flor. umbellatis fere magnitudine A. syriacae. W. ♃

37. *setosa*, fol. linearibus revolutis oppositis, caule fruticoso. Vahl. symb. 1. p. 23. t. 8. A. setosa. Forsk. Hab. in Arabia felici. ♄

38. *filiformis*, caule erecto, fol. filiformibus, umb. lateralibus elongato-pedunculatis. Lin. suppl. p. 169. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei.

Obs. Ascl. filiformis, Apoc. filiforme, et Cyn. filiforme ut simillima inter se diversa floribus.

39. *verticillata*, fol. revolutis linearibus verticillatis, caule erecto. L. Pluck. mant. 17. 336. f. 4. Hab. in Virginia. Pedunc. oppositifolii. Flor. albi.

40. *mexicana*, fol. revolutis lineari-lanceolatis senis, caule erecto. Willd. p. 1273. fol. verticillatis senis lanceolatis. Cav. 1. p. 42. t. 58. Hab. in Mexico. ♂

**** *Foliis alternis.*

41. *longifolia*, caule decumbente foliis sparsis praelongo-linearibus puberulis. Michaux. p. 116. Var. fol. subverticillatim proximatis. In Georg. occidentalis sylv. pend. corollae genetatib. brevior et corollo orbata. M.

42. *Linaria*, fol. sparsis subulatis canaliculatis, umb. lateralibus multifloris. Cav. 1. p. 42. t. 57. Hab. . . . ♃

43. *rubra*, fol. alternis ovatis, umb. ex eodem pedunculo communi pluribus. L. Sp. Gron. virg. 27. Hab. in Virginia.

44. *tuberosa*, foliis alternis lanceolatis, caule divaricato piloso. L. Michaux. 1. p. 117. (qui fol. dicit sparsa.) Hort. lugdb. 646. t. 647. Dill. elth. 35. f. 34. Hab. in Amer. boreali. ♃

45. *floridana*, fol. alternis lanceolato-linearibus, subtus pubescentib. umbel. terminalibus, caule simplice piloso. Lam. enc. 1. p. 284. Pluck. Amalth. 18. t. 359. f. 4? Hab. in Florida. ♃

627. CEROPEGIA. Contorta. *Folliculi* 2 erecti. *Sem.* plumosa. *Cor.* urceolatae limbus connivens.

1. *Candelabrum*, fol. ovatis mucronatis, umbelli pendulis, floribus erectis. Willd. Sp. 2. p. 1275. Rheed. 9. t. 16. Hab. in Malabaria. ♃

2. *tuberosa*, fol. ovatis acutis, umbel. erectis, radice repente tuberosa. Willd. Roxb. corom. 1. p. 12. t. 9. Hab. in Indiae locis incultis. ♃

3. *bulbosa*, fol. obovato-ellipticis cuspidatis, umbellis erectis, radice bulbosa. Willd. l. c. Roxb. 1. p. 11. t. 7. Hab. in siccis nemorosis Indiae. ♃

4. *biflora*, fol. ovatis, pedunc. bifloris. Willd. Lin. Fl. zeyl. 110. Hab. in Zeylona. Flor. recte extensi. ♃

5. *juncea*, fol. lanceolatis sessilibus, pedunc. subbifloris, caule carnoso. Willd. Roxb. 1. p. 12. t. 10. In Indiae siccis incultis. Flor. maximi albo-virescentes striis purpureis pulchre variegati. W. ♃

6. *acuminata*, fol. lanceolatis longe acuminatis, umb. multifloris rectis, radice bulbosa. Willd. p. 1276. Roxb. 1. p. 12. t. 8. Hab. in Indiae nemorosis siccis. ♃

7. *sagittata*, umb. subsessilibus, fol. sagittatis. L. Mant. 215. Lam. ill. t. 179. f. 1. Hab. in Cap. b. spei arenosis. Cor. coccinea subcylindrica basi minus ventricosa. ♃

8. *tenuifolia*, flor. umbellatis, fol. linearibus integerrimis. Thunb. prod. 37. Lam. l. c. f. 2. Pluck. mant. 17. t. 335. f. 5. Hab. in Cap. b. spei duris. Apud Willd. Sp. 2. p. 1276. male *tenuiflora* nuncupata.

628. STAPELIA. Contorta. *Cor.* rotata. *Nect.* duplici stellula tegente genitalia. Folliculi 2. *Sem.* plumosa.

* *Cor. quinquefida, laciniis margine pilosis.*

1. *ciliata*, denticulis ramorum patentibus pedunculatis, corollis supra papillosis margine ciliatis, laciniis ovatis acutis planis. Masson. Stap. p. 9. n°. 1. t. 1. Hab. in locis siccissimis Cap. b. spei (ubi omnes species crescunt) infra Boekland Berg. Cor. flavescens. Willd. Sp. pl. 2. p. 1277. sqq. ♄

2. *revoluta*, ramis tetragonis erectis denticulatis, dentibus patentibus, cor. glabra, laciniis ciliatis acutis revolutis. Mass. p. 12. n°. 10. t. 10. Cum priore. Denticuli caulis recti. Cor. paulo minor pallide violacea. ♄

3. *hirsuta*, caule aphyllo tetragono, denticulis erectis, flore pedunculato, cor. hirsuta. Thunb. prod. 46. Jacq. misc. 1. p. 28. t. 3. Hab. ad Cap. b spei. Cor. flavescens striis transversalibus atro-violaceis, laciniis apice et margine violaceis. W. ♄

4. *sororia*, ramulis divaricatis quadrangularibus, angulis dentatis, dentibus remotis acutis incurvatis, cor. unicolori quinquefida, laciniis lanceolatis planis, villoso, margine ciliatis. Mass. p. 23. n°. 39. t. 39. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. nutantes, cor. unicolores. ♄

5. *grandiflora*, ramis quadrangularibus elavatis, angulis dentatis, dentibus remotis incurvatis, cor. magna plana quinquefida, laciniis lanceolatis acutis margine ciliatis. Mass. p. 13. n°. 11. t. 11. Hab. in locis calidis ad Sontags Rivier. ♄

6. *ambigua*, ramis erectis quadrangularibus elavatis, angulis dentatis remotis incurvatis, cor. magna plana quinquefida, laciniis lanceolatis hispidis, margine ciliatis. Mass. p. 13. n°. 12. t. 12. Hab. in desertis aridis Cap. b. spei. Distincta pedunculis multiflor. Cor. hispida rufo-puepurea, striis transversalibus atro-violaceis variegata. ♄

7. *pulvinata*, ramis ramulisque tetragonis reclinatis dentatis, cor. quinquefida plana, medio villosa, laciniis patentissimis rugosis acuminatis ciliatis. Mass. p. 13. n°. 13. t 13. Hab. prope Camies Berg inter frutices. Cor. magna fundo elevato rufo valde villoso. Nect. atro-violacea.

8. *Asterias*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus brevibus erectis, cor. magna quinquefida, laciniis lanceolatis margine revolutis ciliatis. Mass. p. 14. n°. 14. t. 14. Hab. ad Cap. b. spei in Karro. Nectaria albida. ♄

9. *gemmiflora*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus suberectis acutis, cor. plana seabra quinquefida, laciniis ovato-lanceolatis, margine ciliatis. Mass. p. 14. n°. 15. t. 15. Hab. in locis aridis inter frutices, ultra Platte-Kloof. Var coe. punctis aureis sparsis. Ab omnibus satis distincta: laciniis cor. superne 5-nervlis, et coe. externe flava purpureo-maculata. ♄

10. *divaricata*, ramis pluribus tetragonis divaricatis glabris dentatis, dentibus parvis suberectis, cor. glaberrima quinquefida, laciniis lanceolatis patentibus, margine revolutis ciliatis. Mass. p. 17. n°. 22. t. 22. Cor. Boraginis rubrocarnea. Nectaria aurantiaca. ♄

11. *rufa*, ramis ramulisque erectis tetragonis anguste dentatis, dentibus erectis, cor. quinquefida, laciniis triangularibus acutis rugosis, margine ciliaribus. Mass. p. 16. n°. 20. t. 20. In locis calidis ultra Platte-Kloof. Cor. magnitudine floris Periplocae graecae. ♄

12. *acuminata*, ramis pluribus, suberectis tetragonis dentatis, cor. quinquefida plana glabra rugosa, laciniis caudato-acuminatis margine ciliatis. Mass. 17. t. 17. Hab. in Namaqualand. Cor. laciniis cuspidatis cineriis, striis atro-purpureis undulatis apice atro-purpureis, margine albo-ciliato. W. ♄

13. *reclinata*, ramis pluribus tetragonis reclinatis dentatis, dentibus acutis patentibus, cor. quinquefida recurvata, laciniis patentibus replicatis fimbriatis. Mass. p. 19. n°. 28. t. 28. Hab. ad Cap b. spei. Cor. parva, atro-purpurea. Nect. flava. ♄

14. *elegans*, ramis pluribus confertis oblongis dentatis, dentibus patentibus acutis, coe. quinquefida, laciniis triangularibus hispidis, margine fimbriatis. Mass. p. 19. n°. 27. t. 27. Hab. ad Cap. b. spei in Karro. Cor. atro-violacea, fundo pentagono rufescente. Nect. flava. W. ♄

15. *caespitosa*, ramis confertis procumb. tetragonis dentatis, dentibus acutis patentibus, coe. quinquefida recurvata, laciniis patentibus replicatis ciliatis. Mass. p. 20. n°. 29. t. 29. Cum. priore sub fruticibus. Cor. atro-purpurea, fundo circulari virescente. ♄

16. *arida*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, floe. solitariis pedunculatis, coe. laciniis planis setaceis. Mass. p. 21. n°. 33. t. 33. Hab. in desertis siccis Kannaland. Coe. parva pallide flava, laciniis basi punctatis, fundo circulari flavo. Nect. albida. ♄

17. *parviflora*, ramis tetragonis dentatis recurvatis, cor. parva, laciniis angustis planis patentibus margine ciliatis. Mass. p. 22. n°. 35. t. 35. In Namaqualand sub fruticibus. Coe. minima hujus generis, flavo-virescens, fusco-punctata. Nect. aurantiaca. ♄

18. *subulata*, cor. quinquefidis nutantibus, laciniis oblongis acuminato-cuspidatis pilosis, pilis secundis, ramis tetragonis atte-

latis nutantibus sub apice floriferis. Willd. 1283. Forsk. Cat. pl. Arab. p. 108. n°. 193. b. 7. Hab. in Arabia felici. ♄

19. *concinna*, ramis ramulisque erectis tragonis glaberrimis, angulis dentatis, entibus erectis, cor. quinquefida plana ispida. Mass. p. 15. n°. 18. t. 18. Hab. in arro. Cor. cinerea, striis undulatis fuscis tisque candidis, fundo fusco distincta. ♄

20. *glandulifera*, ramis pluribus subeectis tetragonis, angulis dentatis, dentibus rectis acutis, cor. plana glandulis setaceis lavatis tecta, laciniis ovato-lanceolatis cutis patentibus. Mass. p. 16. n°. 19. t. 19. Hab. circa Nord Olifants Rivier. Cor. sulphurea, pilis albis tecta. Nect. aurantiaca et nigra. ♄

** *Cor. quinquefidis, laciniis margine glabris.*

21. *pedunculata*, ramis pluribus divaricatis tetragonis subdentatis, pedunc. longissimis, cor. quinquefida, laciniis lanceolatis margine revolutis, angulis fimbriatis. Mass. p. 17. n°. 21. t. 21. Hab. in regionibus aridis Camies Berg. Cor. brunneo-purpurascens, variat colore lutescente. ♄

22. *aperta*, ramis pluribus divaricatis tetragonis dentatis, dentibus obtusissimis, pedunc. longiusculis, corolla quinquefida plana, laciniis ovatis obtusis rugosis. Mass. p. 23. n°. 37. t. 37. Habit. in Namaqualand prope Koek-Fontain. Similis praecedenti, pedunculo et ramis, sed flore distinctissima. Cor. purpurascens, lituris obscurioribus rugosa. Fundus cinerascens nigro-punctatus. ♄

23. *Gordoni*, ramis ramulisque teretibus tuberculatis, tuberculis spinosis, pedunc. solitariis, cor. magna decemfida. Mass. p. 24. n°. 40. t. 40. Habit. in Groot Namaqualand versus Orange Rivier. Cor. inter maximas hujus generis diametro fere triunciali, plana rotata fusco-flavescens, centro albicante. Nect. nigra. An hujus generis? ♄

24. *pilifera*, ramis pluribus teretibus sulcatis tuberculatis piliferis, flor. sessilibus solitariis. Mass. 17. n°. 23. t. 23. Lin. suppl. 171. Hab. in Cap. desertis, collibus aridissimis. Cor. atro-purpurea circulo rubro in medio. Comeditur ab Hottentottis, quibus audit Guaap. Mass. l. c. ♄

25. *caudata*, caule folioso, fol. lineari-oblongis, flore pedunculato, laciniis cor. linearibus. Thunb. prod. 46. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

26. *articulata*, articulis ramorum oblongis teretibus reticulatim obsolete verrucosis, spinulis minutis, flor. subsessilibus cor. supra papillosis, laciniis triangularibus. Ait. Kew. 1. p. 310. Mass. p. 20. n. 30. t. 30. Edulis cor. atra. Rami spicae femineae Zeae Mays haud absimiles sunt. Sequenti affinis. ♄

27. *mammillaris*, cor. quinquefidis glabris, laciniis lanceolatis, pedunc. cor. brevioribus, ramis medio floriferis erectis hexagonis tuberculatis, tuberculis spinosis. Willd. p. 1287. L. Mant. p. 216. Thunb. prod. 46. Burm. afr. 27. t. 11. ♃

28. *pruinosa*, ramis tetragonis dentatis, dentibus recurvatis, laciniis cor. planis ovatis pilosis. Mass. p. 24. n°. 41. t. 41. Hab. in regionibus siccis Namaqualand inter frutices. ♄

29. *ramosa*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus obtusissimis, flor. aggregatis subsessilibus, cor. laciniis lanceolatis acutis replicatis. Mass. p. 21. n°. 32. t. 32. Hab. in regionibus Karro, circa aquas thermales. Cor. atro-purpurea, fundo circulari albido. Flor. proveniunt in callis extra dentes. ♄

30. *pulla*, subhexagona erecta, aculeis patentissimis, floribus sessilibus aggregatis, cor. laciniis lanceolatis, supra bolosericeis replicatis. Ait. Kew. 1. p. 310. Mass. n°. 31. t. 31. S. fasciculata. Thunb.? Hab. in locis calidis arenosis Karro. Flor. extra dentes quidem nec callo insident. W. ♄

31. *adscendens*, cor. quinquefidis glabris, laciniis linearibus margine reflexis acutis, pedunc. cor. brevioribus, caule tetragono adscendente apice florifero. Willd. Roxb. corom. 1. p. 28. t. 30. Hab. in arenosis siccis Indiae orientalis. ♄

32. *quadrangula*, cor. quinquefidis, flor. sessilibus, caule tetragono, ramis divaricatis apice floriferis, dentibus truncatis. Willd. Forsk. desce. 52. t. 6. Hab. in Arabia felici, et circa Mogadora in Barbaria. Schousb. Flor. conferti parvi terminales viridi-flavescentes. Succus non lacteus sed aqucus. ♄

33. *incarnata*, ramis erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, flor. subsessilibus, cor. laciniis lanceolatis planis. Mass. p. 22. n°. 34. t. 34. Lin. suppl. 171. S. caule aphyllo tetragono, denticulis patentibus, flore sessili, laciniis corollae obtusis. Thunb. prod. 46. Hab. campis siccis arenosis. Cor. incarnata, variat colore albo. Mass. Herba edulis Afris. ♄

34. *punctata*, articulis ramorum oblongis subtetragonis dentatis, florib. fasciculatis, cor. laciniis lanceolatis acutis patentibus,

S 4

supra papillosis. Mass. p. 18. n°. 24. t. 24. Hab. in Cap. b. spei regionibus Namaqualand. Cor. laciniae albido-incarnatae, sanguineo-punctatae. ♄

35. *geminata*, ramis oblongis subtetragonis dentatis, dentibus parvis, floribus geminatis, cor. laciniis lanceolatis acutis margine revolutis. Mass. p. 18. n°. 25. t. 25. Cor. aurantiaco-flava sanguineo-punctata. ♄

36. *decora*, articulis ramorum oblongis subteretibus, floribus geminatis, corollarum laciniis lanceolatis acutis, supra scabrosis, margine revolutis. Mass. p. 19. n°. 26. t. 26. Cor. laciniae flavae punctis scabris atro-purpureis obsitae, fundus pentagonus pallidus. ♄

37. *pulchella*, ramis pluribus reclinatis dentatis, dentibus acutis, floribus fasciculatis, cor. quinquefida, laciniis triangularibus acutis, centro orbiculato. Mass. p. 22. n°. 36. t. 36. Cor. flava sanguineo-punctata, laciniis apice fuscescentibus. ♄

38. *vetula*, ramis pluribus erectis tetragonis glabris, angulis dentatis, dentibus apice incurvatis, cor. plana glabra quinquefida, laciniis lanceolatis obtusis. Mass. p. 15. n°. 16. t. 16. Hab. in montibus ad Hex Rivier Cap. b. spei. Cor. profunde violacea, lineis transversalibus atro-violaceis, laciniis superne trinerviis. W. ♄

39. *verrucosa*, ramis pluribus suberectis, dentibus ramorum acutis decussatis, cor. plana verrucosa, medio parum elevati in pentagonum, genitalia ambiens, scabrum. Mass. p. 11. n°. 8. t. 8. Cor. flavescens sanguineo punctata. ♄

40. *irrorata*, ramis pluribus suberectis denticulatis, dentibus subpatentibus acutis decussatis, cor. plana rugosa, laciniis lanceolatis acutis. Mass. p. 12. n°. 9. t. 9. Cor. sulphurea sanguineo-maculata laciniarum apicibus purpurascentibus. Differt a priore defectu verrucarum et circuli pentagoni floris. ♄

41. *mixta*, cor. quinquefidis rugosis, laciniis ovatis acuminatis, fundo circulari elevato papilloso, pedunc. longitudine cor. ramis tetragonis adscendentibus basi floriferis. Willd. p. 1292. ♄

42. *variegata*, cor. quinquefidis rugosis, laciniis ovatis acutis, fundo circulari concavo rugoso, pedunculis cor. longioribus, ramis tetragonis adscendentibus basi floriferis. Willd. Jacq. misc. 1. p. 27. t. 4. Curt. mag. 26. Moris. s. 15. t. 3. f. 4. ♄

*** *Corolla decemdentata.*

43. *campanulata*, ramis pluribus simplicibus erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, cor. decemfida campanulata scabra, tubo barbato. Mass. p. 11. n°. 6. t. 6. Cor. sulphurea maculis elevatis atro-rubris, fundo fuscescente, etiam externe maculata. W. ♄

44. *barbata*, ramis pluribus tetragonis pentagonisque confertis suberectis, dentibus ramorum acutis subpatentibus, cor. campanulata decemfida, laciniis acutis subpatentibus. Mass. p. 11. n°. 7. t. 7. Cor. campanulata, albido-flavescens, maculis elevatis atro-purpureis variegata, pilisque clavatis obsita. Willd. ♄

45. *venusta*, ramis tetragonis pentagonisque, ramulis patentissimis divaricatis, denticulis ramorum patentibus acutis, cor. decemfida, tubo glabro ampliato in orbiculum elevatum. Mass. p. 10. n°. 3. t. 3. Cor. sulphurea, limbo rubro punctato. ♄

46. *guttata*, ramis pluribus tetragonis pentagonisque confertis subpatentibus, dentibus ramorum acutis patentibus, cor. decemfida laciniis acutis tubo campaniformi-ampliato in orbiculum elevatum. Mass. p. 10. n°. 4. t. 4. Cor. sulphurea sanguineo-punctata. ♄

47. *humilis*, ramis pluribus quadri-s. quinqueangulatis patentibus, cor. orbiculata decemfida, laciniis quinque longiorib. quinque brevioribus patentibus, pedunc. solitariis. Mass. p. 10. n°. 5. t. 5. ♄

48. *reticulata*, ramis pentagonis denticulatis, dentibus patentibus, cor. decemangulata, tubo intus barbato ampliato in orbiculum elevatum. Mass. p. 9. n°. 2. t. 2. Hab. in cavernulis rupium versus N. Olifants Rivier. Cor. limbus atro-purpurascens lineis albidis reticulatus, fundus et urbiculus elevatus purpurei. W. ♄

49. *clavata*, caule simplici crasso clavato reticulatim obsolete verrucoso, apice fructifero. Willd. p. 1295. Patterson. itin. t. 8. † Hab. in Cap. b. spei campis arenosis. Adhuc obscura, cujus fructus tantum notus est. W. ♄

Obs. Differentias specificas illos Massoni ex antopsia redditas Willdenovianis praetuli, forte melius secundum regulas artis exaratis.

GENTIANEAE (Gen. 619-636.) calyce sunt instructo persistente et cor. regulari, 5-partita, marcescente. Stam. cor. inserta, et ejus numero conformia (4-5). Stylus, forte in omnibus, unicus aut demum bifidus. *Caps.* 1-2-locularis,

2-valvis: valvis margine introflexis, semina plurima parva in valvis marginali inserta. Caulis plerisque herbaceus. Folia opposita, integra, plerisque amara. Flor. in quibusdam bracteati.

629. SPIGELIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* didyma, 2-locularis, 4-valvis.

1. *Anthelmia*, caule herbaceo, foliis sessilibus summis 4 verticillatis. Lam. amoen. 5. t. 2. Willd. Sp. 2. p. 824. Hab. in Cajenna, Brasilia. Racemi terminales.

2. *fruticulosa*, caule fruticuloso, fol. ovatis petiolatis: summis quaternis. Lin. ill. p. 474. Hab. in Cayenna. Cal. 1-pedalis.

3. *marilandica*, perennis, caule tetragono, fol. omnibus oppositis. L. Curt. mag. t. 202. Michaux. Flor. 1. p. 147. Catesb. carol. 2. t. 78. Hab. in Amer. boreali. Fol. sessilia, ovato-lanceolata. ♃

630. OPHIORHIZA. *Cor.* infundibuliformis. *Germen* 2-fidum. *Stigmata* 2. *Fructus* bilobus.

1. *Mungos*, fol. lanceolato-ovatis. Hab. in India orientali. ♃

2. *Mitreola*, caul. acutangulo, fol. ovatis sessilibus. Michaux. 1. p. 148. Swartz. obs. 59. t. 3. f. 2. (nec. 1.) Cynoctonum sessilifolum. Gmel. syst. Hab. in Americae agrestib. et pascuis. ⨀

3. *subumbellata*, caule fruticoso, fol. lanceolatis acutis, umbellis axillaribus trifidis. Forst. prod. n°. 66. Hab. in insula Otaheiti. ♄

631. LISIANTHUS. *Cor.* tubo ventricoso laciniis recurvatis. *Cal.* campanul., carinatus. *Stigma* capitatum bilobum. *Caps.* 2-locularis, 2-sulca, 2-valvis. *Sem.* numerosa subimbricata, margine minimo membranaceo cincta.

1. *longifolius*, ramosus, fol. lanceolatis acutis pubescentibus, caule tereti. Willd. Sp. 2. p. 826. Brown. jam. 137. t. 9. f. 1. Hab. in Jamaicae sylvis. ♄

2. *glaucifolius*, fol. oblongis sessilibus, pedunculis elongatis unifloris. Jacq. ic. rar. 1. t. 33. Collect. 1. p. 64. Hab. ... Fol. avenia subtus glauca, cor. coerulescens. ♃

3. *exaltatus*, cor. subcampanulatis 5-fidis crenatis, pedunc. longissimis terminali. Lam. ill. p. 478. Gentiana exaltata. Lin. Hab. in St. Domingo. Priori affinis.

4. *caerulescens*, fol. lanceolatis acutis glabris, caule tetragono. W. Aubl. guj. 1. p. 207. t. 82. Hab. in pratis humidis Gujanae. ⨀

5. *alatus*, fol. oblongis acuminatis glabris, caule tetragono alato. W. Aubl. p. 204. t. 80. Hab. in Cajennae et Gujanae locis incultis. ⨀

6. *Chelonoides*, glaber, fol. oppositis subconnatis oblongis, panicula terminali dichotoma racemosa. Lin. suppl. 134. Hab. in Surinami et Cajannae altis arenosis.

7. *purpurascens*, fol. sessilibus glabris, flor. paniculatis, caule tetragono. Willd. Aubl. guj. 1. p. 201. t. 79. Lam. ill. t. 107. f. 2. Hab. in fissuris rupium Gujanae. Corcrrnuae, incurvae. ⨀

8. *grandiflorus*, fol ovatis acuminatis sessilibus, florib. paniculatis, cor. limbo undulato. Willd. L. fol. connatis ovato-oblongis acutis, flor. virescentibus. Aubl. guj. 1. p. 205. t. 81. Hab. in humidis Gujanae, Cajennae. ⨀

9. *exsertus*, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. trichotomis; genitalibus longissimis. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 346. Hab. in jugis montium caeruleorum Jamaicae. ♄

10. *frigidus*, fol. ovatis acuminatis, panicula terminali trichotoma, cor. ventricosis, laciniis subrotundis Swartz. l. c. Hab. in regione muscosa monte la Soufriéré ins. Dominicae. Diversus a L. alato, quod flores erecti nec penduli et folia petiolata nec sessilia. S. ♃

11. *latifolius*, foliis lanceolato-ovatis acuminatis, pedunc. trichotomis, laciniis cor. erectis, genitalibus inclusis. Swartz. Fl. ind. p. 348. Hab. in montibus altis Jamaicae. Simillimus L. exserto, diversissimus genitalibus inclusis. S. ♄

12. *umbellatus*, fol. elongatis obovatis, flor. terminalibus umbellatis, laciniis cor. brevissimis obtusis erectis. Swartz. p. 350. Hab. in alpibus Jamaicae occidentalis. ♄

13. *corymbosus*, fol. ovato-lanceolatis subpetiolatis, caule tereti striato, corymbis terminalibus. Flor. Per. 2. p. 14. t. 124. L. *glaber*. Smith. ic. ined. 1. p. 29. t. 29. Willd. p. 828. Hab. in Peruviae nemorib. Cor. lutea. Petioli breves, connati.

14. *calygonus*, foliis lanceolato-ovatis breviter petiolatis, caule obsolete 4-gono, pedunc. 1-floris, cal. 5-gono. Flor. Per. l. c. t. 126. In Peruviae montib. frigidis. Cor. subringens, rosea rubra. ♄

15. *viscosus*, fol. oblongis breviter petiolatis venosissimis, caule 4-gono sulcato,

corymb. terminalib. viscosis. Flor. Peruv. l. c. t. 125. Hab. in altis locis Munna. Cor. luteo-viridis: laciniae subrotundo-cordatae.

16. *revolutus*, fol. lanceolatis petiolatis, margine revolutis, caule 4-gono striato, corymb. terminalibus. Flor. Peruv. t. 127. In Munoa montib. frigidis. ♄

17. *cordifolius*, dichotomus, fol. cordatis, acuminatis, petiolis brevibus, flor. terminalibus quandoque geminis. Brown. jam. 137. Lin. Mant. p. 43. In Jamaica. ♄

18. *acutangulus*, fol. sessilibus, inferiorib. cordatis, superiorib. ovatis, caule 4-gono, panic. dichotoma. Flor. Per. 2. p. 14. t. 122. f. a. Hab. in Panatahuarum montib., locis meridionalib. Cor. lutea subringens, tub. incurvato. ⊙

19. *ovalis*, fol. ovalibus aveniis breviter petiolatis, caule tereti, pedunc. corymbosis dichotomis. Flor. Per. 2. p. 13. Hab. in Peruv. nemorib. Cor. viridi-lutea. Caps. pendulae. Caul. virgati. ♄

20. *carinatus*, fol. subrotundo-ovatis trinerviis sessilibus, foliolis calycinis carina sursum ampliata latis, Lam. enc. 3. p. 659. t. 107. f. 3. Hab. in Madagascar. ♄

21. *trinervius*, pubescens, fol. ovatis mucronatis trinerviis, flor. laxe paniculatis terminalibus. Enc. 3. p. 630. ill. p. 476. Hab. in Madagascar. ♄

22. *campanulaceus*, fol. ovatis acutis petiolatis, flor. terminalib. subinaequalibus. Lam. ill. p. 476. Enc. bot. 3. p. 660. Hab. in Amer. meridionali. Cor. magna. Stam. incurva: 2 breviora? ⊙

23. *parvifolius*, caule subfiliformi, fol. linearibus, corymb. terminali paucifloro. Lam. ill. l. c. Cum priore. Caul. simpl. Fol. minuta, erecta. Flor. parvi, infundib.

632. CHIRONIA. *Cal.* 5-partitus, subcampanulatus. *Cor.* subrotata. *Pistillum* declinatum. *Stam.* tubo corollae insidentia. *Antherae* demum spirales. Pericarpium 4-loculare.

1. *trinervia*, herbacea, calycinis foliolis membranaceo-carinatis. L. Willd. Sp. 2. p. 1065. Burm. zeyl. 145. t. 67. Hab. in Zeylona. ⊙

2. *Jasminoides*, herbacea, fol. lanceolatis, caule tetragono, calycib. subulatis. Lam. ill. p. 479. t. 108. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei.

3. *Lychnoides*, caule simplici, foliis lineari-lanceolatis, internodiis longioribus. Hab. ad radices montium Cap. b. spei. Cal. foliola carinata. Cor. purpurea.

4. *uniflora*, caule simplici virgato anguloso, fol. lineari-lanceolatis internodiis subbrevioribus, flor. magno terminali. Lam. enc. 2. p. Fj. ill. p. 480. t. 108. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei.

5. *Melampyrifolia*, fol. lanceolatis sessilibus lateralibus decurrentibus, cal. tubo breviore. Lam. ill. p. 479. Cum priore.

6. *nudicaulis*, herbacea, fol. oblongis obtusiusculis, caul. subdiphyllis simplicissimis unifloris, cal. dentibus setaceis. Lin. suppl. p. 151.

7. *campanulata*, herbacea, fol. sublinearibus, calycib. longitudine corollae. L. Hab. in Canada. Caul. ramis longis Fol. lanceolato-linearia, laevia. Flor. solitarii, purpurei. L.

β. *gracilis*, ramis laxis setaceo-elongatis 1-floris, fol. lineari-setaceis, cal. setaceo cor. subaequali. Michaux. Flor. 1. p. 146. In Carol. inferiore. Caul. debilis. Cor. rosea: lacin. obovalibus.

8. *paniculata*, erecta firma, fol. lanceolato-linearibus, panic. brachiata multiflora subfastigiata, cal. subulato cor. semibreviore. Michaux. l. c. Cum priore. Caul. lineis 4 subquadrangulus.

9. *angularis*, caule erecto marginato-4-angulo, fol. amplexicaulib., corymb. multifloro, cal. lacin. lanceolato-linearib. Michaux. Lin. Sp. pl. Hab. in Virginia et Carol. inferioris uliginosis subulosis.

10. *linoides*, fol. linearibus glabris, caule herbaceo fastigiato ramoso. Thonb. Breyn. cent. 175. t. 90. Hab. in Capitis b. Spei herbidis. ♄

11. *baccifera*, fol. lineari-lanceolatis glabris, caule fruticoso ramosissimo, fructu baccato. Thunb. prod. 35. Hab. in Aethiopia et ad Cap. b. spei. Caulis 4-gonus.

Obs. Stigm. peltatum. Bacca 1-locularis, polysperma: *Roeslinia* tetragona. Moeoch. Method. plant. Suppl. p. 211.

12. *frutescens*, fruticosa, fol. lanceolatis subtomentosis, calycib. campanulatis. L. Mill. dict. t. 97. Lam. ill. t. 108. f. 1.

13. *decussata*, fruticosa subtomentosa, fol. decussatis oblongis lato-linearibus, cal. globosis quinquepartitis. Vent. hort. Cels. p. 31. t. 31. Hab. ad Cap. bon. Sp. Flor. magni. Caul. et cal. magis tomentosus. Sap. amarus. Prioris var.? ♄

† *Chloroideae.*

14. *calycosa*, fol. oblongo-obovalibus, flor. solitariis subseptempartitis, cal. foliaceo corollam superante. Michaux. l. c. p. 147. C. dichotoma Walter? In Carol. infer. crecta. Cor. laciniae obovales.

15. *chloroides*, caul. subdecumbente, fol. lanceolatis erectis, flor. 7–13-partitis, laciniis oblongis. Michaux. Chlora dodecandra. Lin. Willd. Sp. v. 3, p. 341. Hab. in Novcboraco et N. Caesarea.

633. ERYTHRAEA. *Cal.* appressus, subpentagonus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: tubo longo. *Antherae*, post anthesin, spiraliter tortae. *Stigmata* 2 approximata; rarius simplex. *Caps.* sublinearis, 1-locularis. *Recept.* 2, extantia. (Richard. Cat. hort. med. paris.)

* *Flor. sessilibus.*

1. *Centaurium*, foliis oblongo-ovalibus basi rosaceis congestis, caule elongato, flor. fasciculato-paniculatis, basi squamis 1–2 cinctis. Gent. Centaurium. Lin. Chironia Cent. Willd. Flor. dan. t. 617. Centaurium vulgare. Rafn. Schum. Sacland. p. 68. Hab. in sylvis. Var. flor. albis.

β. *grandiflora*, major, limbo majusculo concavo petalis latis. In pratis humidis passim. An hujus loci Centaur. Erythraea. Rafn. Schousboe?

2. *chilensis*, fol. lanceolatis, caul. dichotomo corymboso. Willd. Sp. 2. p. 1067. sub Chironia. Gent. peruviana. Lam. enc. 2. p. 642. Few. Peruv. 2. t. 35. Hab. in regn. Chilensis et Peruviae. Fol. 1-nervia. Lam. ☉

3. *conferta*, pumila stricta ramosa, fol. ovalibus obtusis, flor. sessilibus fasciculatis confertis, cal. cor. tubum ad dimidium aequante. Habit. in Hispania. Ex Herb. Richardi.

4. *spicata*, fol. lanceolato-oblongis, ramis dichotome paniculatis, flor. subsecundis, cal. bracteisque cor. subaequalibus. Chironia spicata. Willd. p. 1069. In Europae australioris pratis humidis herbosis, et in Barbaria. Stigma capitatum, integrum.

** *Flor. pedicellatis.*

5. *ramosissima*, subpumila ramosissima, fol. breviovalibus, caul. geniculis aequalibus, flor. subdichotomis basi squamis destitutis. Chironia Gerardi. Schmidt Flor. bohem. 1. n°. 131. Gent. palustris. Lam. Vaill. par. t. 6. f. 1.

β. *inaperta*, pumila simplex ramosaque foliosa, fol. ovatis, flor. ternis limbo conivente acuto. Hujus loci Chir. inaperta. Willd. Gent. pusilla. Lam. Vaill. t. 6. f. 2. Hab. in pascuis.

6. *lutcola*, patule ramosa setacea, fol. linearibus angustis, cal. patulo cor. subaequali. Cum priore rarius. Pedunc. elongati solitarii. Cor. 4-fida? lutea. Anth. non tortiles?

7. *maritima*, herbacea, fol. oblongo-lanceolatis, caule dichotomo corymboso, tereti, flor. pedunculatis digynis. Chironia. Willd. Cav. ic. 3. p. 49. t. 296. f. 1. In Europae australis maritimis. Cor. lutea.
β. *tingitana*, caul. compressiusculo, fol. trinerviis. Schousboe. p. 85.

8. *pyrenaica*, fol. ovato-lanceolatis erectis, cor. lacin. lanceolatis. Hab. in Pyrenesis. Cor. alba, Rich.

9. *Linarifolia*, cor. infundibuliformi, stylo longo simplice, fol. linearibus subuninerviis. Lam. enc. 2. p. 641. sub Gentiana. Bocc. Mus. 2. t. 43. Barrell. ic. 423. Hab. in Europa australi, Hispania etc. Rad. fusiformis. Flor. purpurasc. Lam.

634. VOHIRIA. *Cor.* hypocrateriformis, tubo longissimo utrinque tumido, limbo 5-fido, lacin. ovatis patentibus. *Antherae* in fauce tubo subsessiles. *Stigma* simplex. *Caps.* 1-locularis bivalvis. *Sem.* numerosa, scobiformia.

1. *caerulea*, flor. geminatis, cor. laciniis rotundatis. Lam. ill. p. 491. sub Vohiria. Aubl. guj. 1. p. 21. t. 83. f. 2. Lita caerulea. Willd. Sp. p. 1071. Hab. in Gujanae sylvis. ♃

2. *rosea*, flor. geminatis, cor. laciniis acutis. Lam. t. 109. Aubl. l. c. t. 83. f. 1. Lam. ill. t. 109. L. rosea Willd. Cum priore.

3. *spathacea*, caul. multifloro, bract. subspathaceis, cor. laciniis oblongis. Lam. ill. p. 491. Hab. in Gujana.

4. *breviflora*, caul. subtrifloro, fol. membranaceis, cor. tubo cal. duplo longiore. Lam. ill. Cum priore. Richard. Caul 2-pollicaris.

5. *uniflora*, caul. subaphyllo 1-floro, cor. laciu. acutis. Lam. l. c. Gentiana.

6. *aphylla*. Jacq. amer. t. 60. f. 3. Hab. in Martinicae sylvis humentibus. Incolit vetustarum arborum truncos cavos, in quibus tractu temporis aliqua humi portio fuit collecta, quo sensu parasitica posset vocari. Jacq.

D I G Y N I A.

635. GENTIANA. *Cor.* 1-petala. *Caps.* 2-valvis, 1-locularis, Receptaculis 2, longitudinalibus.

* *Corollis 5–9-fidis subcampanulatis.*

1. *lutea*, fol. latis ovatis nervosis, cor. subquinquefidis rotatis verticillatis, calycibus spathaceis. L. Mat. med. p. 75. Mill. dict. Willd. Sp. 2. p. 1331. Froelich. de Gent. p. 15. Asterias. Reneal. spec. 64. t. 63. Hab. in alpibus et subalpinis pratis. Fol. Veratri. Rad. magna carminativa.

2. *purpurea*, cor. subquinquefidis campanulatis striato-punctatis verticillatis, cal. membranaceis spathaceis. Froel. p. 18. Andrew. t. 117. Flor. dan. t. 50. G. punctata. Villars. delph. 2. p. p. 522. Hab. in alpibus Helveticis, Sabaudis, Pyrenaeis, Delphinatus, Norvegicis. ♃

3. *pannonica*, cor. subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, cal. coriaceis truncatis. Froel. p. 21. Fol. caulinis lanceolatis acuminatis. Jacq. austr. 2. t. 136. G. punctata. Jacq. obs. 2. p. 17. t. 39. Moris. s. 12. t. 4. f. 3. In alpibus. A sequente differt: cor. laciniis subrotundo-ovatis nec ovatis acutiusculis. Willd.

4. *punctata*, cor. subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, cal. membranaceis truncatis. Froel. l. c. p. 24. Jacq. aust. 5. t. 28. G. purpurea. Villars. Moris. s. 12. t. 4. f. 2. Hab. in alpinis. ♃

5. *campanulata* (*immaculata*), cor. septemfidis campanulatis striatis immaculatis, cal. septemfidis. Murr. syst. 267. Jacq. aust. 5. p. 43. app. t. 29. G. alpina major, flor. flavis punctis carentibus. Bauh. pin. 187. Hab. in alp. Carinthiae Garten, et in alpibus Aquilejensibus. ♃

6. *septemfida*, cor. campanulatis septemfidis quinquefidisque, laciniis intermediis ciliatis. Froel. p. 47. Pall. ross. 2. p. 101. t. 92. f. 1.

7. *asclepiadea*, cor. quinquefidis campanulatis oppositis axillaribus subsessilibus, foliis amplexicaulibus ovato-lanceolatis. Froel. Jacq. austr. t. 328. Lam. ill. t. 109. f. 3. G. asclepiadis folio. Bauh. pin. 187. β. *plicata*, caule 1-floro. Schmidt. Hab. in montosis Helvetiae, Austriae, Italiae, Hispaniae, etc.

8. *montana*, cor. quinquefidis campanulatis, fol. cordatis sessilibus. Forst. prod. n°. 133. Hab. in Zeelandia.

9. *cruciata*, cor. quadrifidis imberbibus, flor. verticillatis sessilibus, fol. decussatis connato-vaginantibus. Jacq. aust. t. 372. Tretorrhiza. Renealm. spec. 74. t. 73. Hab. in montosis apricis et sylvaticis. ♃

10. *macrophylla*, flor. quinquefidis sessilibus verticillatis, fol. radicalibus caulem inferne subnudum aequantibus. Froel. Gent. p. 31. Pall. ross. 2. p. 108. t. 96. G. flor. confertis terminatricibus, cor. 4–5-fidis lanceolatis, caule procumbente media parte nudo. Gmel. sib. 4. p. 104. t. 52. Hab. in Sibiria praesertim orientaliore. ♃

11. *adscendens*, cor. quinquefidis campanulatis subsessilibus axillaribus, fol. acutis: radicalibus lanceolatis elongatis. Froel. p. 43. G. decumbens. Lin. suppl. 174. Pall. ross. t. 94. Gmel. sib. t. 51. f. 4. excl. synon. In montosis apricis Sibiriae. ♃

12. *triflora*, cor. campanulatis quinquefidis aggregato-sessilibus. fol. linearibus, flor. alternis productis. Froel. p. 38. Pall. ross. t. 93. f. 1. Hab. in Sibiria orientali, in alpinis Transbaicalensibus. ♃

13. *frigida*, cor. campanulatis quinquefidis terminalibus sessilibus binatis, laciniis obtusis. fol. lineari-oblongis enerviis. Willd. p. 1337. Froel. p. 39. Icon. Haenke in Jacq. Coll. 2. p. 13. Schmidt. in Roemer. Archiv. 1. p. 14. t. 2. f. 2. In alpibus summis Styriacis, Carpathicis. A sequente diversa. ♃

14. *algida*, cor. campanulatis quinquefidis terminalibus pedunculatis subternis, laciniis acutis, fol. lanceolatis trinerviis. Willd. p. 1337. Pall. ross. 2. p. 107. t. 95. Pall. itin. 3. app. n°. 82. t. L. fig. 2. Hab. in alpibus ad Jeniscam, ad lacum Baical et inque Camtschatka. ♃

15. *saxosa*, cor. quinquefidis campanulatis, fol. spathulatis. Lin. suppl. 175. Forst. in Act. holm. 1777. p. 184. t. 5. Hab. in rupibus maritimis. N. Zeelandiae. ♃

16. *Pneumonanthe*, cor. 5-fidis campanulatis axillaribus pedunculatis, fol. lineari-lanceolatis obtusis. Flor. dan. t. 269. Michaux. Flor. 1. p. 176. In Europae et Americae pratis humidis. Cor. speciosa. Filam. connata. ♃

17. *Saponaria*, caul. cylindrico asperiusculo, fol. ovali-lanceolatis, flor. fasciculatis sessilibus, cor. quinquefidae lacin. cum acumine obtusis. Michaux. Flor. 1. p. 176. Catesb. car. 1. t. 70. Willd. p. 1338. In Amer. boreal. sylvarum herbosis. Habitus G. *cruciatae*. Cal. lacin. foliaceae. Cor. majusculae plicae internae in lacinulam desinunt. M.

2. *verticillata*, spica terminali simplici verticillata. Willd. Kumph. amb. (B. stricta. Roxb. l. c. t. 80.? Verticill. sessilis globularis, congestus. R.) Hab. in India. ♄

872. EHRHARTA. *Cal.* gluma 2-valvis, abbreviata, uniflora. *Cor.* gluma duplex, utraque bivalvis, exterior compressa acinaciformis, transversim sulcata. (Styl. 1-2.)

1. *cartilaginea*, culmo indiviso, panicula simplici, cor. exteriori retula submutica, foliorum margine cartilagineo crispo. Smith. ic. ined. p. 33. Thunb. prod. 66. Eh. Mnemateja. Lin. suppl. p. 209. Eh. nutans. Lam. enc. 2. p. 346. Habitant omnes species ad Cap. b. spei. Gramen pulchrum.

2. *bulbosa*, culmo indiviso, panicula ramosa multiflora, cor. exteriori emarginata aristata. Smith. loc. cit. E. aristata. Thunb. Trochera striata. Riabard. Panic. simplex laxa. Th. prodr. append. p. 188.

3. *longiflora*, culmo simplici, panicula ramosa multiflora, cor. exteriori mucronata tuberculato-hispida, flor. triandris. Smith. p. 32. t. 32.

4. *panicea*, culmo diviso, panicula subramosa, flor. erectis digynis. Smith. 1. t. 9. Eh. erecta. Lam. enc. 2. p. 347. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

5. *calycina*, culmo ramoso, panicula subsimplici, calyce colorato cor. aequante. Smith. ic. 1. p. 33. t. 33. E. glum corollinis exterioribus subpilosis. Thunb. prodr. app. p. 1188. Aira capensis. Lin. suppl. 108.

6. *ramosa*, cor. glabris muticis, panic. coarctata, culm. ramoso. Thunb. prodr. corrig. Melica ramosa. Ejusd. p. 21.

7. *melicoides*, cor. glabris muticis, panic. patentissima, fol. subfiliformibus. Th. l. c. Mel. capensis. Ejusd. l. c.

8. *gigantea*, cor. hirsutis aristatis, panic. verticillata, culm. erecto. Thunb. prodr. sub Melica.

9. *geniculata*, corol. hirtis, panicula coarctata, culm. decumbente. Thunb. sub Melica.

D I G Y N I A.

873. ORYZA. *Cal.* gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* 2-valvis, subaequalis, semini adnascens.

1. *sativa.* L. Willd p. 247. Catesb. car. 1. p. 14. t. 14. β. *mutica*, glum. absque aristis. γ *glutinosa*, sem. glutinosis. Loureiro. Colitur in Indiae paludosis, hinc inde etiam in Europa. Var. quoad seminis formam; vid. Willd. l. c.

874. NECTRIS. *Cal.* 6-partitus, laciniis 3-interioribus minoribus obtusis. *Cor.* o. *Caps.* subcarnosae, stylis coronatae, uniloculares, 1-2-spermae.

1. *aquatica.* Willd. Cabumba aquatica. Aubl. guj. 1. p. 321. t. 124. Mich. Flor. 1. p. 206. Lam. ill. t. 265. Hab. in stagnis et rivulis Cajen. Gujanae. et Carolinae. Fol. inferiora capillaceo-multifida, superiora natantia peltata. Flor. flavi. Sem. globosa.

875. ATRAPHAXIS. *Cal.* 2-phyllus. *Petala* 2, sinuata. *Stigmata* capitata. *Sem.* 1.

1. *spinosa*, ramis spinosis. L. l'Herit. stirp. nov. 1. p. 27. t. 14. Dill. elt. 47. t. 40. f. 47. Hab. in Media et Sibiria. Sem. compressum.

2. *undulata*, inermis, fol. undulatis. Polygonum undulatum. Berg. cap. 135. Polygonum. Thunb. prod. 77. Dill. elth. 36. s. 32. f. 36. Hab. ad Cap. b. spei. Pet. o. Sem. subrotundum. L. ♄

T R I G Y N I A.

876. RUMEX. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, conniventia. *Sem.* 1. triquetrum.

* *Flor. hermaphroditis. Valvulis granulo notatis.*

1. *Patientia*, valvulis integerrimis; unica granifera, fol. ovato-lanceolatis. L. Willd. Sp. II. p. 249. Hab. in Italia, in Germania. Col. in hortis.

2. *sanguineus*, valvulis integerrimis: unica granifera, fol. cordato-lanceolatis. L. Blackw. t. 492. Hab. in Virginia. Fol. venis rubris succo sanguineo.

3. *purpureus*, valv. dentatis graniferis, fol. cordatis: petiolis venisque purpureis. Enc bot. 5. p. 63. R. sanguineus. β. latifolius. Hort. Paris. Hab. . . R. sanguineam refert, sed fol. multo latioribus, praesertim valvul. dentatis differt.

4. *spathulatus*, fol. obovatis obtusis, valvul. graniferis. Thunb. prod. 67. Hab. ad Cap. b. spei.

5. *verticillatus*, valvul. integerrimis: omnibus graniferis, fol. lanceolatis: vaginis cylindricis. L. Hab. in Virginia ♃

6. *Britannica* (*xanthorhiza*), valvulis integerrimis: omnibus graniferis, fol. longo lanceolatis: vaginis obsoletis, laceris. L. Michaux. 1. p. 215. R. biennis. Moench. meth. p. 354. Hab. in Virginiae et Carolinae aquosis nec in Europa.

7. *Hydrolapathum*, valvul. integerrimis graniferis, fol. lanceolatis strictis glabris acutis integerrimis basi attenuatis. Ait. Kew. 1. p. 483. R. aquaticus. Smith? et plurium autorum. Hab. in fossis, ad fluviorum ripas.

8. *crispus*, valv. integris omnibus graniferis, fol. lanceolatis undulatis acutis. Hab. in Europae humosis. ♃

9. *Nemolapathum* (*conglomeratus*), valvulis linearibus obtusis integerrimis omnibus graniferis, verticillis glomeratis, fol. inferioribus cordato-lanceolatis, superioribus lanceolatis undulatis. Lin. suppl. p. 212. R. *conglomeratus*. Roth. germ. I. II. 422. R. limosus. Thuill.? R. crispus. β. Pollich. Hab. in nemoribus humidis, ad rivulos, in paludibus. A priore satis diversus. Rami divaricati. Flor. ad dimidium minores.

10. *persicarioides*, valvulis dentatis : omnibus graniferis, fol. lanceolatis undulatis. L. Hab. in Virginia. Valv. dentibus utrinque tribus longis. ⊙

11. *aegyptiacus*, valvul. trifido-setaceis : unica granifera. L. Till. pis. 43. t. 37. f. 1. Hab. in Aegypto. ⊙

12. *dentatus* (*multiflorus*), valvulis dentatis, omnibus graniferis, fol. lanceolatis L. caps. seminis alba et crenata. Dill. elth. 191. t. 158. f. 191. Hab. in Aegypto. Humilis. Rami verticilli multiflori. Fol. obliqua. ⊙

13. *maritimus*, valvul. deltoideis setaceodentatis graniferis, fol. linearibus, verticillis confertis. Smith brit. 1. p. 253. Petiv. brit. t. 2. f. 8. R. aureus. Withering. Hab. in paludosis, praesertim maritimis.

14. *palustris* (*aureus*), valv. lanceolatis graniferis basi dentatis, fol. lineari-lanceolatis, verticill. distantibus. Smith. l. c. p. 594. Boec. mus. t. 104. Curt. Lon. 3. t. 23. Petiv. l. c. f. 7. Hab. in paludosis et ruderatis humidis. Rad. intus rubra. Curt. Fol. acuta : radicalia maxima. Sm.

15. *crispatus*, valvul. obtuse cordatis graniferis, cristato-dentatis, fol. inferiorib. lanceolatis, margine crispatis, spic. aphyllis. Michaux. Flor. 1. p. 217. Hab. in Kentuckey. Affin. C. persicaroid. Facie R. acuti. M.

16. *divaricatus*, valv. dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtusis pubescentibus. L. Till. pis. 93. t. 37. f. 2. Hab. in Italia. ⊙

17. *acutus*, valv. dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis acuminatis. Hab. in Europae succulentis. ♃

18. *obtusifolius*, valvul. dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis. Hab. in pratis.

19. *pulcher*, caul. ramosissimo, valv. dentatis : subunica granifera, fol. radicalibus panduriformibus. L. Hall. helv. n°. 1593. Till. pis. 93. t. 37. f. 2. Moris. s. 5. t. 37. f. 13. Hab. in ruderatis, ad vias. Rami floriferi recurvati.

** *Valvul. granulo destitut. s. nudis.*

20. *bucephalophorus*, valvul. dentatis nudis, pedicellis planis reflexis, incrassatis. L. Col. ecphr. 1. p. 141. t. 150. Hab. in Italia. ⊙

21. *aquaticus*, valvulis integerrimis nudis, fol. late cordatis glabris acutis. L. Hab. ad ripas fluviorum et paludum, passim. ♃

22. *Lunaria*, valvul. laevibus, caule arboreo, fol. subcordatis. L. Pluck. alm. 8. t. 252. f. 3. Hab. in Canariis. Panic. opposititifolia. ♄

23. *fimbriatus*, cal. laciniato-fimbriatis subplumosis, fol. cordatis, rad. tuberosa. Enc. bot. 5. p. 65. D. repandus Bosc. Hab. ad Cap. b. sp. Panic. terminalis, flor. albidis pendulis.

24. *vesicarius*, valv. omnibus maximis membranaceis reflexis, fol. indivisis. L. Moris. s. 5. t. 28. f. 7. Hab. in Africa. Valv. rubellae, venosae. ⊙

25. *roseus*, valvulae fructus alterius ala maxima membranacea reticulata, fol. erosis. Lin. Desf. Atl. 1. p. 320. R. fol. subcarnosis laciniato-hastatis panduraeformibusque petiolatis. R. *lacerus*. Balbis Misc. bot. p. 19. Hab. in Aegypto et Barbar. arvis. ⊙

26. *tingitanus*, valvul. cordatis obtusis integerrimis, fol. hastato-ovatis erosis. Moris. s. 5. t. 28 f. 8. Shaw. specim. n°. 5. ic. Hab in Barb., Hisp. Fol. petiolata, subscabra, basi subhastata et erosa.

27. *scutatus*, fol. cordato-hastatis, caule tereti. β. Rumex *glaucus*, flor. hermaphroditis, valvulis nudis, fol. cordato-hastatis obtusis glaucis, caule suffruticoso. Jacq. ic. rar. 1. t. 67. Collect. 1. p. 64. Hab. in Helvetia, Gallia, inter acervos lapidum.

28. *nervosus*, valv. integerrimis nudis, fol. oblongis trinerviis. Vahl. symb. 1. p. 27. Hab. in montibus Hadjensib Rami striati, articulis apice fuscis. Cal reflexus. ♄

29. *digynus*, flor. digynis, fol. orbiculatis emarginatis. L. Fl. lapp. p. 132. Flor. Jacq. Collect. 2. p. 30. Moris. s. 5. t. 36. f. penult. Hab. in alpibus.

30. *lanceolatus*, fol. lanceolatis reflexo-marginatis, caule angulato. Thunb. prod. p. 67. Hab. ad Cap. b. spei. ♰

*** Lapathum. *Floribus diclinis.*

31. *alpinus*, flor. hermaphroditis sterilib. femineisque : valvul. integerrimis nudis, fol. cordatis obtusis maximis. Blackw. t 262. Hab. in Helv. et Galliae montosis. Fol. magnitudine Rhei. ♂

32. *spinosus*, flor. androgynis : cal.

femineos monophyllis reflexo-uncinatis. Nibo spinosa. Moench. meth. p. 318. Beta cretica, semine spinoso. Bauh. hist. 2. p. 962. Hab. in Creta, et in subhumidis juxta Tingidem. Schousb.

33. *tuberosus*, flor. dioicis, fol. lanceolato-sagittatis; hamis patentibus, radice tuberosa. Hab. in Italia. Affinis R. Acetosae sed Folia hamis postice magis hiantia et Stiphulae longiores. ♃

34. *multifidus*, flor. dioicis, fol. hastatis: auriculis palmatis. Bocc. mus. 2. t. 126. In alpibus Calabriae, Hetruriae, Orientis

35. *Acetosella*, flor. dioicis, fol. omnibus petiolatis lanceolato-hastatis: auricul. integris. Flor. dan. t. 1161. β. R. multifidus. Thuill. Hab. in arenosis, sylv.

36. *thyrsoides*, caul. simplici, fol. hastatis, panic. coarctata. Desf. Atl. 1. p. 321. Hab. in Barbaria. Priori affinis. Cal. foliola colore roseo.

37. *Acetosa*, flor. dioicis, caul. elongato, fol. oblongis sagittatis. L. Engl. bot. t. 127. Hab. in pascuis, sylvaticis.

38. *aculeatus*, flor. dioicis, fol. lanceolatis petiolatis, fructibus reflexis: valv. ciliatis. L. Bauh. prodr. t. 55. Hab. Creta, Hispania. Similis R. Acetosellae. Flor. femineorum interiores valvulae ciliatae aculeis minimis. L.

39. *luxurians*, flor. dioicis, fol. cordato-hastatis, caulibus angulatis diffusis, valvulis exterioribus subulatis, interioribus orbiculatis. Lin. suppl. p. 212. Bocc. mus. 165. t. 126. Hab. in alp. Bononiensibus. Radix tuberosa. ♃

40. *arifolius*, flor. dioicis, fol. omnibus petiolatis hastatis, auriculis simplicibus divaricatis, caule erecto. Ait. Kew. 1. p. 487. Lin. suppl. p. 212. R. abysinicus. Jacq. hort. 3. p. 48. t. 98. Hab. in Abyssinia. ♄

41. *bipinnatus*, flor. dioicis, fol. bipinnatis. Lin. suppl. p. 211. Hab. in Marocco. Flor. androgyni. Valv. cordatae nudae, margine venis sanguineis pictae. Schousb. Maroc. ed. germ. p. 170.

877. FLAGELLARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Bacca* 3-1-sperma.

1. *indica*. Lin. Lam. ill. t. 266. Rumph. 5. t. 59. f. 2. Rheed. 5. t. 53. Hab. in India et Guinea. Humanam altitudinem superans. Fol. terminata cirrho.

878. SCHEUCHZERIA. *Cor.* 6-partita. *Cal.* o. *Antherae* lineares. *Stigm.* sessilia, lateraliae. *Caps.* inflata, distinctae, subdispermae.

1. *palustris*. L. Fl. lapp. t. 10. f. 1. Lam. ill. gen. t. 268. Flor. dan. t. 76. Hab. in paludosis, etiam in Canada.

879. TRIGLOCHIN. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, calyciformia. (*Cal.* 6-phyllus, foliolis 3-superioribus cum inferioribus alternantibus. *Cor.* o. Roth.) *Stylus* o. *Caps.* basi dehiscens.

1. *palustre*, capsulis trilocularibus laevibus linearibus basi attenuatis. Willd. p. 264. Flor. dan. t. 490. Hab. in uliginosis. ♂

2. *bulbosum*, radice bulbosa fibris obtecta. L. Jacq. ic. rar. 2. t. 454. Hab. ad Cap. b. spei. Tr. palustri simille. Styli protracti et patentes, qui in T. palustri erecti et obsoleti. L.

3. *striatum*, caps. subrotundis trigonis trilocularib. scapo nudo striato, spic. simplici coarctata. Flor. Peruv. l. c. Hab. in Peruv. lacubus et inundatis. Rad. fusiformis, scapos plures protrudens.

4. *ciliatum*, caps. ovatis trigonis trilocularibus, culm. apice contorto, spica composita. Flor. Peruv. 3. p. 72. Hab. in Peruv. collib. frigidis. Flor. bract. 2, ovatis, ciliatis stipati.

5. *triandrum*, fol. subsetaceis scapum subaequantibus, flor. trifidis triandris, caps. trigono-subrotundis. Mich. Flor. 1. p. 208. Hab. in inundatis in Amer. boreali.

6. *maritimum*, capsulis sexlocularibus ovatis. L. Flor. dan. t. 306. Roth. germ. II. p. 418. Hab. in maritimis, et pascuis, etiam in America.

880. WURMBEA. *Cal.* o. *Cor.* infera, 6-partita: tubo hexangulato. *Filam.* fauci inserta. *Styli* subconniventes. *Caps.* oblonga, 3-quetra. *Sem.* rotunda.

1. *capensis*. Thunb. Diss. bot. 1. p. Andrew. t. 221. Lam. ill. t. 270. Melant. Wurmbea Thunb. prodr. Hab. in collib. arenosis Cap. b. spei. Fol. lanceolata, cucullata.

Obs. Dantur nonnullae hujus plantae varietates ab Thunbergio ut tales fixae, quas Willdenowius Sp. pl. II. p. 265. tanquam distinctas species exhibuit.

881. MELANTHIUM. Polygamum. *Cal* o. *Cor.* rotata, 6-partita: laciniis basi biglandulosis. *Filam.* ex elongatis unguibus cor. *Caps.* subovata (tricocca), apice subtrifida, 3-locularis. *Sem.* plura, alato-membranacea. (Fol. elongata, debilia.)

1. *virginicum*, flor. paniculatis, petalis ovalibus. Michaux. Floc. 2. p. 251. Willd. Sp. II. p. 266. Hab. in Amer. boreal. humidis. Pauic. pyramidalis. Floc. albido-lividi.

2. *racemosum*, panic. racemoso-oblonga, petal. orbiculatis. Michaux. Hab. in altis montib. Carol. septentcion. Floc. obsolete pallidi. Priore minus altum. An *M. laetum.* Ait. Kew. 1. p. 458. Willd. p. 267.

3. *sibiricum*, flor. paniculatis, petalis sessilibus acutis, fol. lineacibus. Willd. p. 267. Hab. in Sibiria. ♃

4. *capense*, floc. racemosis, petalis punctatis, fol. lanceolatis cucullatis. Willd. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

5. *triquetrum*, fol. tciquetris glabris caule longiocibus, floc. spicatis. Lin. suppl. 213. Thunb. prod. 67. Cum pcioce.

6. *ciliatum*, petalis unguiculatis, fol. basi cucullatis: ensiformibus cartilagineo-ciliatis, flor. spicatis. Lin. suppl. 213.

7. *junceum*, fol. lineari-subulatis, superioribus basi dilatatis, spica flexuosa, petalis unguiculatis. Willd. p. 268. Jacq. ic. cac. 2. t. 451. Collect. suppl. p. 105. Ad Cap. b. spei. ♃

8. *secundum*, fol. lineacibus, spica secuuda, petalis unguiculatis. Willd. Enc. bot. 4. p. 29. t. 269. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei.

9. *phalangioides*, fol. linearibus canaliculatis, caccmo multifloro, pedunculis flore longioribus, petalis sessilibus. Willd. Enc. 4. p. 28. Anthericum subtcigynum. Jacq. ic. rac. 2. t. 419. Collect. 3. p. 273. Hab. iu Carolina. ♃

10. *indicum*, petalis lineari-lanceolatis, fol. lineacibus. L. Hab. in Tcanqueb. Radix bulbosa. Statura Ornith. lutei. Flor. atcopurpucei. Petala angusta. Fol. angusto-lineacia.

11. *viride*, fol. ovato-lanceolatis vaginantibus, coc. reflexis. Thunb. prodr. 67. Andrew. t. 233. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. viridipucpucea.

12. *uniflorum*, fol. lineaci-lanceolatis caule subunifloco longiocibus, petalis lanceolatis subunguiculatis. Willd. Jacq. ic. cac. 2. t. 450. Collect. 4. p. 100. Ad Cap. b. spei. ♃

13. *eucomoides*, fol. oblongo-lanceolatis cucullatis, caule trifloco, petalis subhastatis unguiculatis. Willd. Jacq. ic. rac. 2. t. 452. Collect. suppl. 104. Ad Cap. b. sp. ♃

14. *pumilum*, ol. lanceolatis basi barbatis, caule subtrifloro, petalis sessilibus. Willd. p. 270. Focst. in Comm. goett. 9. p. 30. t. 6. Hab. in Tierra del Fuego. Caul. cespitosus. Cor. alba, inflexo-cucullata.

15. *gramineum*, acaule, fol. imbricatis gramineis, floc. sessilibus. Cav. ic. 6. p. 64. t. 587. f. 1. Hab. cum seqnente prope Moyadoc. Broussonets Pet. nervosa.

16. *punctatum*, acaule, fol. imbricatis cariuatis lanceolato-acuminatis, flor. sessilibus punctatis. Cav. l. c. t. 588.

882. VERATRUM. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala, eglandulosa. *Caps.* 3, polyspermæ. In flor. masc. Pistilli rudimentum.

1. *nigrum*, fol. ovalibus plicatis, cacem. composito, cor. patentibus, bract. lineribus. Jacq. Flor. t. 336. Moris. s. 12. t. 4. f. 1. Hab. in Sibir. et Hungar. apricis siccis.

2. *album*, fol. ovalibus plicatis, racemo supcadecomposito, corol. ecectis, bract. lanceolatis. Lin. Jacq. Floc. austr. 4. f. 335. Flor. dan. t. 1120. Habit. in Europae et Amer. borealis montosis ad rivulos. ♃

3. *parviflorum*, fol. subovalibus lanceolatisque planis glabris, panic. camulis filiformibus, coc. stellatis: laciniis ovali-lanceolatis acutis. Michaux. Floc. 2. p. 250. Hab. in Carol. montibus altis. Coc. viridis Intecmedium intec hoc et autecedens genus. M.

4. *luteum*, racem. simplicissimo, fol. sessilibus. Lin. Reich. syst. 4. p. 297. Hab. in Vicginia, Canada. Fol. angusta, lanceolata. Rad. bulbosa. †

883. ZIGADENUS. *Cor.* hexaphyllus, patens: laciniis supra basin angustatam biglandulosis. *Stam.* ad contactum ovarii inserta. *Styl.* 3, contigui. *Caps.* membranacea, 3-locularis. *Sem.* plurima, aptera.

1. *glaberrimus*, fol. lineari-lanceolatis angustis recurvis longis. Michaux. 1. p. 214. t. 22. Hab. in Carol. infer. herbosis, humidis. Caul. subpedalis. Flor. Veratri albi.

Obs. Staminum situ et cor. figura Veratro affine, et glandulis Melanthio, sed fructu braeprimis discrepat ab utroque hocce genus. M.

884. MEDEOLA. *Cal.* o. *Cor.* 6-partita, revoluta. *Bacca* 3-sperma.

1. *virginica*, caul. lanuginoso, fol. verticillatis, ramis inermibus. L. Michaux. 1. p. 214. Pluck alm. 401. t. 328. f. 4. Hab. in Virginia. Fol. in apice caul. 3.

2. *asparagoides*, fol. alternis ovatis, basi subcordatis obliquis. Ait. Kew. 1. p. 489. Dracaena medeoloides. Lin. suppl. p. 203. Hab. in Aethiopia. An hujus generis? Fol. alterna pinnata. Flor. penduli e pedicello unifloro.

3. *angustifolia*, fol. alternis ovato-lanceolatis. Ait. Kew. p. 490. Till. pis. 17. t. 12. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

885. TRILLIUM. *Cal.* patens, 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 3-locularis.

1. *cernuum*, fol. ovalibus, basi angustatis, flor. pedunculato cernuo. L. Michaux. Flor. 1. p. 216. Willd. Sp. II. p. 216. Hab. in Carol. Styl. distinctus.

2. *erythrocarpum*, foliis subcordatis abrupte subpetiolatis, flor. erectiusculo, bacca oblonga. Michaux. p. 216. In Carol. septentrion. montib. et in Canada. Bacc. coccinea.

3. *rhomboideum*, fol. lato rhomboideis, pedunc. inclinato. Michaux. Flor. 1. p. 213. F. *erectum*, flor. pedunculato erecto. Lin. Flore atropurpureo. β. *album*, flor. minore albo. γ. *grandiflorum*, flor. amplissimo exalbido. Hab. in Carol. montib. excelsis.

4. *pusillum*, fol. ovali oblongis obtusis sessilibus, pedunci erecto, petal. interioribus sublongioribus. Hab. in Carol. infer. Petala carnea.

5. *sessile*, fol. lato-ovalibus, flore sessili erecto. L. Catesb. car. 1. p. 50. t. 50. Hab. in Virgin., Carol. Bacc. globoso-depressa.

886. COLCHICUM. *Spatha. Cor.* 6-partita: tubo radicato. *Anth.* incumbentes. *Caps.* 3, connexae, inflatae.

1. *autumnale*, fol planis lanceolatis erectis, petal. ovatis. Engl. bot. t. 153. Willd. p. 873. β. C. *vernum*, petalis foliisque angustioribus, simul crescentib. Hab. in pratis humidioribus. Flor. autumno et fol. una cum fructu vere profert, excepta var. β, quae rara.

2. *montanum*, fol. linearibus patentissimis, petal. lineari-lanceolatis. Allion pedem. 1. t. 74. f. 2. Fol. una cum florib. autumno erumpunt. L.

3. *variegatum*, fol. undulatis patentibus, petal. ovato-lanceolatis variegatis. Hab. in Oriente. Petal. maculata fere ut in Fr. Meleagride.

887. MERENDERA. Spatha. *Cor.* campanulata, 6-partita. *Anth.* rectae, sagittatae. *Caps.* 3, basi connexae, latere interiore dehiscentes.

1. *Bulbocodium.* Ramond in Bull. Soc. philom. n8. 47. t. 12. f. 4. Les Liliacées. t. 26. Bulbocodium vernum. Desf. Alt. Hab. in Pyreneis et in Barbaria.

Obs. Medium tenet inter antecedens et Bulbocodium genus et quoad antheras Croco affinis est.

888. HELONIAS. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Styli* 3, distincti. *Caps.* 3-locularis, 3-cornis, oligosperma.

1. *latifolia*, fol. lanceolatis acuminatis, scapo subaphyllo, spica flor. brevissime pedicellatis confertis. Michaux. Flor. 1. p. 212. H. bullata. Lin. Willd. p. 273. Les Liliacées. t. 13. Mill. ic. t. 272. (mala). Hab. in Pensylvaniae et Marylandiae paludosis. Spica purpurascens Bistortae, fol. Orchidis.

Obs. Nomen *bullata* ex aliena Plucknetii phrasi deduxerat Linnaeus. M. l. c.

2. *angustifolia*, fol. angustissimis, scap. inferne folioso, spica laxiuscula, sem. linearibus. Michaux. l. c. Hab. in herbos. et fruticetis Carol. inferioris. Flor. exalbidi. Caps. oblongiuscula. Fol. longissima. M.

3. *erythrosperma*, fol. lineari-longissimis, scapo folioso, caps. abbreviata, seminibus ovatis. Michaux. Hab. in umbrosis rivul. Carol. inferioris. Flor. virescentes. Sem. arillata?

4? *dubia*, fol. angustissimis gramineis, scapo nudo, spica gracili, flor. parvis sessilibus. Michaux. p. 213. Hab. in Georg. et Florid. sabulosis.

5? *pumila*, fol. lanceolatis enerviis. Jacq. ic. rar. 3. t. 453. Coll. 2. p. 260. Hab. in Carol. Caul. foliosus. Spic. capitata. Germ. *inferum*. Willd.

889. XEROPHYLLUM. *Cor.* rotata. *Filam.* basi contigua. *Stigm.* 3, revoluta, basi subconnata. *Caps.* subglobosa, apice triplici rima dehiscens, 3-locularis 2-sperma.

1. *setifolium*, fol. subulato-setaceis. Michaux. l. c. p. 210. Helon. Asphodeloides. L. Pluck. mant. t. 342. f. 3. Hab. in Pensylvania. Fol. arida, subgraminea. Spic. racemiformis. M.

890. TOFIELDA. *Cal.* trifidus. *Petala* 6. *Caps.* superæ, tres, basi conjunctæ, polyspermæ.

1. *palustris*, scapo foliolo obtecto petal. lineari-obovatis. T. palustris. Huds. Smith. brit. 1. p. 397. Engl. bot. t. 536. Heloneas borealis. Willd. II. p. 274. Heritiera anthericoides, var. *ramosa*. Com. de Sternberg, in Bot. Zeitung. 1. p. 83. c. ic. Erlang. 1802. β? *borealis*, scapo toto? nudo. Anthericum cabyculatum. Lin. Hab. in turfosis alpinis.

Obs. An genuinum Anth. calyculatum. Lin. diversum est? A nonnullis haec species male cum Narthecio conjungitur.

2. *pubescens*, spica oblonga interrupta, petal. lanceolatis acutis. Narthecium. Michaux. Flor. 1. p. 209. Anth. calycul. Gronov. Hab. in Carol. inferiore. Caps. subglobosa.

3. *pusilla*, tota glabra, spica conglobata bracteata. Narthec. Michaux. l. c. Cresc. ad lacus Mistassius. Fol. brevissima. Scap. filiformis.

4. *falcata*, fol. falcatis striatis distichis, flor. racemoso-spicatis. Iridrogalvia falcata. Flor. Peruv. 3. p. 68. t. 302. Hab. in Andium montib altis. Scap. squam. ovatis obtectus. Cor. albido-purpurea.

5? *glutinosa*, scapo glutinosa-scabro, spica fasciculis paucis alternantibus. Michaux. p. 210. Cresc. a Quebec usque ad lacum Mistassius. Habitu Anth. ossifragi. Caps. ovoidea. M.

891. NOLINEA. *Cor.* 6-partita, patens. *Stylus* brevissimus. *Caps.* 3-gona, membranacea, 3-locularis, dissepimentis bipartilibus debiscens. *Sem.* solitaria, hinc convexo-incurva.

1. *georgiana*. Michaux. Flor. 1. p. 208. Hab. in Georgia. Fol. undique versa, coriaceo-graminea. Scap. racemiflorus, ramosus, flor. parvulis albis.

Obs. Genus hinc Phalangio, inde Heloniae affine est. M.

892. SABAL. Flor. hermaphroditi. *Spathæ* partiales. *Filam.* libera, basi incrassata. *Bacca* (Drupa?) 1-3-sperma (per abortum). *Semen* osseum. *Embryo* lateralis.

1. *minor* s. *Adansoni*. Guernsent observat. sur le sabal d'Adanson in Bull. de la soc. Philom. n°. 67. t. 25. Corypha minor. Jacq. hort. vind. 3. p. 8. t. 8. Chamerops acaulis. Michaux. Flor. 1. p. 207. Hab. in Amer. boreali. Frond. palmatae flabelliformes. Stipes inermis.

893. CHAMÆROPS. Polygama. *Spatha* compressa. *Spadix* ramosus. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Filam.* submonodelpha. *Drupæ* 3, monospermæ. Flor. masculi dioici. (Ovarium 3-loculare, locul. 1-spermis, 2-abortantibus. Michaux.)

1. *Palmetto*, caul. arboresc., stipitib. inermib. Michaux. Flor. 1. p. 206. Corypha Palmetto. Walt. Hab. in Amer. borealis maritimis.

2. *serrulata*, caul. repente, stipitibus (minutim) aculeato-serrulatis, drupis ovoideis. Michaux. l. c. Cum priore.

3. *humilis*, acaulis, frond. palmatis plicatis, stipitib. spinosis. Lin. Desf. Atl. 2. p. 436. Phoenix humilis. Cav. ic. 2. p. t. 115. Hab. in Hispania et in Barbaria. Filam. basi in urceolum coalita. Radices et pars inferior caud. juniorum sub terra recondita comeditur. Dioica?

β. *arborescens*, candice 14-16-pedali, quae in Hort. pariensi colitur, cum haec species in loco natali nullum caulem protrudit.

4? *excelsa*, frond. palmatis nervosis serratis, stipit. inermibus. Thunb. jap. p. 130. Rhapis flabelliformis. Ait. Kew. 1. p. 473. L'Her. stirp. 2. t. 100. Hab. in Japonia. Stylus 1. An Corypha?

894. HYDROGETON. *Scapus* radicalis. *Cor.* 3-petala. *Filam.* basi dilatata. *Pistilla* 3, simplicia. *Caps.* 3, membranaceæ, 2-spermæ. *Semina* parieti caps. adnata.

1. *fenestralis.* Fol. lineari-elliptica, obtusa, perforata. Rad. magna, edulis. Nomen vernaculum *Ouvirandra* (Mirbel. Hist. natur. d. plant. v. 4. p. 117.) i. e. radix edulis, haec tuberosa est et aquatica. Sequenti generi affine. Hab. in Madagascariae aquosis. (Ex. observ. D. Dupetit-Thouars.)

895. APONOGETON. *Amentum* e squamis compositum. *Cal.* o. *Cor.* o. *Capsulæ* 4, trispermæ. (Stam. passim 7 et 12.)

1. *monostachyon*, spica simplici, fol. cordato-ovalibus. Lin. suppl. 214. Thunh. diss. Nov. Pl. gen. 4. p. 76. c. ic. Willd. Spec. II. p. 927. Spathium. Lour. Conch. 1. p. 173.

β. *lineare*, spica simplici, fol. linearibus. Vahl. symb. 3. p. 51. Hab. in Indiae oriente inundatis, inter Oryzam. Radix bulbosa. Fol. radicalia natantia.

2. *crispum*, spica simplici, fol. ensiformibus crispis. Thunb. Diss. Nov. Pl. gen. p. 73. Radix fibrillosa.

3. *distachyon*, spica bifida, fol. lineari-oblongis natantibus, bracteis integris, flor. polyandris. Ait. Kew. 1. p. 495. Thunb. Hab. in rivulis Cap. b. spei. Radix bulbosa. Stam. 6–12. Bulbi assati eduntur.

4. *angustifolium*, spica bifida, foliis lineari-lanceolatis erectis, bracteis bipartitis, flor. hexandris. Hab. ad Cap. b. spei. Bract. albae basi rubrae.

HEXAGYNIA.

896. WENDLANDIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala, succulenta. *Styl.* reclinatus. *Caps.* 6, uniloculares, monospermæ.

1. *populifolia.* Willd. Sp. II. p. 275. Wendl. Hort. Herrenh. Fasc. 3. t. 16. Hab. in Carolina. Caesalpinia smilacea. Angl. Fol. alterna cordato-ovata, pendula integerrima. Racemi simplices supra axillares. Flor. parvi albi. Willd. ♄

897. OTTELIA. *Spatha* 1-phylla, 5-alata. *Cal.* superus, 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 10-locularis, polysperma.

1. *alismoides.* Damasonium indicum. Willd. p. 276. Stratiotes alismoides, fol. cordatis. L. Rheed. 11. t. 46. Hab. in aquis Ind. orientalis. Scap. uniflorus.

898. DAMASONIUM. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Styli* 6. *Caps.* (Nuces?) acuminatæ, 1-3-spermæ, stellatim patentes.

1. *stellatum.* Dalech. hist. Juss. gen. pl. Alisma. L. Willd. p. 277. n°. 4. Curt. Lond. t. 28. Habit. in fossis et stagnis passim.

POLYGYNIA.

899. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Caps.* plures, monospermæ.

1. *Plantago*, fol. ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis. L. Flor. dan. t. 561. β. *angustifolia*, fol. lanceolatis. Hab. in aquosis. ♃

2. *flava*, fol. ovatis acutis, pedunculis umbellatis, fructib. globosis. L. Hab. in America meridionali. ♃

3. *sagittifolia*, fol. sagittatis, fructib. obovatis obtusis. Willd. Sp. II. p. 277. Hab. in Guinea. ♃

4. *cordifolia*, fol. cordatis obtusis, flor. dodecandris, seminibus uncinato-muricatis. L. Sp. pl. 487. Swartz obs. 139. Moris. s. 15. t. 4. f. 6. Plum. spec. 7. ic. 234. f. 2. Hab. in Amer. australi et septentrionali. ♃

5. *parnassifolia*,

5. *parnassifolia*, fol. cordatis subrotundis acutis, capsulis aristatis. Hab. in paludibus. ♃

6. *repens*, caul. subrepentibus adscendentibus, ad nodos inferiores radicosis et foliosis, fol. lanceolatis petiolatis, verticillis simplicibus. Lam. enc. 2. p. 515. Cav. ic. 1. p. 41. t. 55. Hab. in humidis Hispaniae et Barbariae.

7. *natans*, fol. ellipticis obtusis, pedunc. solitariis. L. Vaill. act. act. 1719. p. 29. t. 4. f. 8.

8. *ranunculoides*, fol. lineari-lanceolatis, fructib. globoso-squarrosis, 5-gonis. Flor. dan. t. 522. Engl. bot. t. 316. Hab. in paludosis, fossis. ♃

9. *subulata*, fol. subulatis. L. Hab. in Virginia.

M O N O G Y N I A.

Guettardae quaedam species. Genipa. Schradera. Tectonia grandis. Amyrus zeylanica. Limonia trifoliata. Lythrum lineare, Parsonsia, Hyssopifolia. Cassia glandulosa. Trientalis europaea. Polygona quaedam. Lauri nonnullae species. Dodonaea viscosa. Bocconia frutescens. Mimusops hexandra. Chlora imperfoliata. L. Gaura tripetala.

D I G Y N I A.

Swertia difformis. Velezia rigida. Leersia hexandra.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

900. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, æqualis, plana. *Bacca* exsucca. (Stam. 5, 6 et 7.)

1. *europaea*, fol. ovato-lanceolatis integerrimis. Flor. dan. t. 86. Engl. bot. t. 15. β. *americana*, fol. angusto-lanceolatis. Michaux. 1. p. 220. Hab. in sylvis et juniperetis. ♃

901. DISANDRA. *Cal.* subseptempartitus. *Cor.* rotata, septempartita. *Cal.* 2-locularis, polysperma.

1. *prostrata*, prostrata. Lin. suppl. 214. Sibthorpia peregrina, fol. reniformibus crenatis, pedunc. geminis. L. Sp. pl. 2. p. 880. Lam. ill. t. 275. β? *africana*, fol. orbiculatis integris crenatis, pedunc. solitariis. ♃. Habit. in Oriente et insula Madera. ♃

902. PISONIA. *Cal.* campanulatus quinquefidus. *Cor.* o. *Bacca* 1-locularis monosperma.

* *Aculeatae.*

1. *aculeata*, spinis axillaribus horizontalibus, fol. ovatis utrinque attenuatis, corymbis axillaribus. Willd. Sp. p. 283. Lam. ill. t. 861. Pluck. alm. 318. t. 108. f. 2. Sloan. hist. 2. p. 25. t. 167. Habit. in Amer. meridionali. ♄

2. *villosa*, spinosa, fol. ovato-obtusis, pedunc. subdivaricatis villosis. Poir. in Enc. bot. 5. p. 347. Hab. in Ind. occid. Sonner. Flor. racemosi.

** *Inermes.*

3. *subcordata*, fol. cordato-subrotundis, fruct. siccis subclavatis pentagonis, angulis apice muricatis. Swartz. prod. 60. Fl. ind. occid. 2. p. 641. Hab. in Antigua. ♄

4. *nigricans*, fol. ovatis acuminatis, flor. cymosis erectis, fructibus baccatis. P. inermis. H. Hab. in Jamaicae, Hispaniolae sylvestribus. ♄

5. *coccinea*, fol. lanceolato-ovatis; pedunc. terminalibus laxis, flor. nutantibus, fruct. baccatis. Swartz. prod. 60. l. c. 2. p. 945. Hab. in fruticetis Hispaniolae. ♄

6. *mitis*, fol. ovatis, flor. axillaribus. Willd. p. 284. Hab. in India orientali. ♄

903. TOVARIA. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-petala. *Discus* planus, 7-gonus, stellæformis, cui *Stam.* inserta. *Stigm.* peltatum. *Bacca* 1-locularis, pulposa. *Sem.* compressa. (Numerus partium passim octonarius.)

1. *pendula*, fol. ternatis, racem. longissimis, flor. secundis. Flor. Per. 3. p. 73. t. 306. Hab. in Peruviae runcationib. et fluviumque ripis. ♂

904. PETIVERIA. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* o. *Stylus* lateralis. *Stigma* penicilliforme. *Sem.* 1; aristis quatuor reflexis apice instructum. (Stam. 6-8.)

1. *alliacea*, flor. hexandris. L. Trem. Ehr. 33. t. 67. P. fol. oblongo-ovatis, spicis longis terminalibus. Brown. jam. 274.

β. *octandra*. Jacq. amer. 201. Plum. gen. 50. ic. 219. Hab. in Jamaic. nemorosis aridis. ♄

905. PANCOVIA. *Cal.* campanulatus, 4-partitus. *Pet.* 5, unguiculata, plicato-crispa, dentata, cucullata. *Stam.* adscendentia; calyce longiora.

1. *bijuga*. Willd. Sp. II. p. 285. Hab. in Guinea. Arb. ramulis ferrugineo-pubescentibus. Fol. alterna, pari-pinnata. Racemi interfoliacei multiflori. W. ♄

906. ÆSCULUS. *Cal.* 1-phyllus, ventricosus. *Cor.* 4. s. 5-petala, inæqualis, pubescens, calyci inserta. *Caps.* 3-locularis. *Sem.* magna castaneæformia.

* *Capsulis echinatis, cor. 5-petala planiuscula.*

1. *Hippocastanum*, fol. digitatis septenis, cor. pentapetalis patulis. Willd. Sp. p. 285. β. *inermis*, fruct. nudiusculo, fol. variegatis. Enc. bot. 3. p. 712. Hab. sponte in Asia septentrionaliore. Flor. polygami. ♄

** PAVIA, *cor. 4-petala, connivente, caps. laevibus.*

2. *Pavia* (rubra), fol. quinis glabris petalis obovatis, unguibus longitudine calycis. Ait. Kew. 1. p. 494. Pavia. Boerh. lugdb. 2. p. 260. t. 260. Trew. ehret. Pavia rubra. Enc. bot. 5. p. 94. Hab. in Carol., Florida, Brasilia. ♄

3. *lutea*, fol. quinatis subtus ad costam pubescentibus aequaliter serrulatis, corollis tetrapetalis, petalor. unguibus calyce longioribus. Willd. p. 285. (Ae. flava.) Ae. *lutea*. Wangenh. Act. soc. Berol. 8. p. 133. t. 6. Hab. in Carolinae montib. excelsis. In solo pingui ad altitudinem Ae. Hippocastani assurgit. Michaux.

4. *macrostachys*, humilis, foliol. quinis subtus subtomentosis, spica tenui longissima. Michaux. Flor. 1. p. 220. Ae. parviflora. Walt. Ae. nana. H. P. Hab. ad ripas Amnis Savannah. 3-4-pedalis. Flor. albidi, plerumque heptandri. Arbusc. stolonifera. M.

907. PETROCARYA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 14, quorum 7 sterilia. *Drupa* carnosa, cribrosa. *Nux* bilocularis, loculis monospermis.

1. *montana*, foliis ovatis acuminatis. Willd. p. 287. Parinari montana magno fructu. Aubl. guj. 1. p. 514. t. 204, 205. Hab. in sylvis interioris Gujanae. ♄

2. *campestris*, fol. cordatis acuminatis. Willd. Parinari fructu parvo. Aubl. p. 517. t. 206. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

908. IONESIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* infundibuliformis, tubo clauso carnoso, limbo 4-fido. *Nectar.* annulus fauci tubi corollæ insertus, staminiferus. *Legumen.*

1. *pinnata*. Roxb. Asiat. Researches. 4. p. 355. Rheed. 5. t. 59. Habit. in India orientali. Arb. mediocris. Flor. aurantii cymosi. Legum. acinaciforme. ♄

DIGYNIA.

909. LIMEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, æqualia. *Caps.* globosa, 2-locularis.

1. *africanum*, fol. oblongis petiolatis. Lin. suppl. 214. Hab. ad Cap. b. spei, cum a sequentibus. Statura Corrigiolae s. Telephii. ♃

2. *capense*, fol. ovatis sessilib. Thunb. prod. p. 68. L. aphyllum. Lin. suppl. 214.

3. *aethiopicum*, fol. lineari-lanceolatis. Thunb. prod. 68.

TETRAGYNIA.

910. ASTRANTHUS. *Cal.* o. *Cor.* hypocrateriformis, limbo 14-fido. *Sem.* 1, parvum, superum.

1. *cochinchinensis*. Loureiro cochin. 1. p. 274. Willd. Sp. II. p. 291. Hab. in Cochinchina. Arbor. ramis paucis adscendentibus. Fol. ovata serrata lanuginosa alterna. Spicae longae simplices axillares. L.

911. SAURURUS. *Cal.* amentum squamis 1-floris. *Cor.* o. *Germ.* 4. *Baccæ* 4, 1-spermæ.

1. *cernuus*, caule folioso polystachio. L. Lam. ill. t. 1. Mathuskea. Gm. syst. p. 589. Pluck. alm. 343. t. 117. f. 3. 4. Hab. in Virginia. Stamina vix numerantur, nisi deflorato amento persistentia. L.

HEPTAGYNIA.

912. SEPTAS. *Cal.* 7-partitus,

Petala 7. *Germina* 7. *Caps.* 7, polyspermæ.

1. *capensis.* L. Andrew. t. 90. Lam. ill. t. 276. Crassula Sepias, fol. connatis crenatis subrotundis, caule subaphyllo umbellifero. Thunb. prod. 57. Hab. ad Cap. b. spei. Rad. tuberosa.

913. ACTINOPHYLLUM. *Cal.* margo integer. *Cor.* calyptræformis, desiliens. *Bacca* 7-angularis, 7-locularis. *Sem.* solitaria subossea. (Flor. conglomerati. Styl. 5-7. Stam. etiam 5, 6, 8, 9.)

1. *angulatum*, arboreum, foliosis 7-11-nis, cor. obovatis angulatis truncatis. Flor. Per. 3. p. 73. t. 307. Hab. in Peruviae collib. nemorosis. Arb. spectabilis.

2. *pedicellatum*, scandens, foliol. 9-13-nis, racemis septenis, flor. pedicellatis umbellatis, cor. hemisphaericis. Flor. Per. l. c. t. 308. In Peruviae nemorib. ad Munna tractus. Gummi crystallinum uti ex priore exsudat. ♄

3. *conicum*, scandens, foliol. 7-13-nis, racem. ternis binisque, corol. conicis. Flor. Peruv. p. 75. t. 309. In Peruv. nemoribus. Bacca globosa, hyacinthina.

4. *acuminatum*, scandens, foliol. 7-11-nis, racem. 2-5-nis, corol. acuminatis: acumine obliquo. Flor. Peruv. t. 310. Cum priore. Frut. scandens. Recept. flor. favosum.

5. *pentandrum*, erectum, foliol. 7-11-nis, racemis solitariis ternisque, corol. conicis obtusis. Flor. Per. p. 73. t. 311. Bacca 5-gona, albicans.

914. GILIBERTIA. *Cal.* 7-dentatus. *Cor.* 7-petalus. *Stigm.* patentia, ovata. *Caps.* loculamenta, 1-sperma, in stellæ formam disposita. *Sem.* oblonga. (Numerus partium interdum 8-9-narius.)

1. *umbellata*, fol. oblongis obsolete denticulatis. Flor. Peruv. 3. p. 75. t. 312. Hab. in Peruviae nemorib. Munna. Arb. 3-ulnaris. Caps. et cortex parum aromatica. *Polysciae* Forst. valde affine genus. l. c.

M O N O G Y N I A.

Cassia. Pelargonia. Dracontium, Calla, Houttuynia, secundum Willdenow.

D I G Y N I A.

Polygonum orientale et alia. Aponogeton. Lin.

H E P T A G Y N I A.

Phytolacca stricta.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

915. TROPÆOLUM. *Cal.* 1-phyllus, 5-fidus, calcaratus. *Pet.* 5, inæqualia. *Nuc.* coriacæ, sulcatæ. *Sem.* 1, subrotunda.

1. *minus*, fol. peltatis subrepandis mucronatis, petalis acuminato-setaceis. L. Willd. Sp. II. p. 298. Curt. mag. t. 68. Hab. in Peru. Var. flor. pleno, quae perennat. ⊙ ♃

2. *majus*, fol. peltatis, repandis, petalis obtusis. E. Peru in Europam venit 1684.

3. *hybridum*, fol. subpeltatis, quinquelobis integerrimis, petalis variantibus. L. Mant. p. 64. Berg. act. holm. 1764. p. 32. t. 1.

Obs. A praecedente orta Holmiae semine rarius, sed ramis propaganda planta. Fol. latius cuneata, nutantia, margine omni ascendente, hinc fere cucullata. L.

4. *peregrinum*, fol. peltatis palmato-quinquelobis basi excavatis, petal. inferioribus ciliatis, superioribus incisis maximis. Flor. Peruv. 3. p. 75. Jacq. Schoenbr. 1. p. 51. t. 68. Hab. in Peru ubi ornamenti gratia colitur. Fol. in Peruvia non dentata. l. c. ⊙

5. *bicolorum*, fol. peltatis septem-lobis basi transversim truncatis, petal. inciso-ciliatis. Flor. Per. l. c. t. 313. Hab. in Andium nemorib. humidis. Petal. 2-superiora lutea minora, 3-inferiora coccinea punicea.

6. *dipetalum*, fol. subpeltatis sextrmlobis, cor. dipetala, petal. spathulatis crenulatis. Flor. Per. 3. p. 77. t. 313. In Andium montibus. Succosum, subglaucum. ♃

7. *tuberosum*, fol. peltatis quinquelobis basi transversim truncatis, petal. dentatis cal. fere longitudine. Flor. Per. t. 314. Copiose in Peruviae praeruptis. Incolae radices, tuberoso-pendulas, coctas quotidie comedunt.

8. *ciliatum*, fol. peltatis palmatis sexlobis, stipul. bracteolisque ciliatis, petal. integerrimis cal. subaequantibus. Flor. Per. p. 77. Hab. in R. chilensis sylvis. Caul. filiformis, nitidus, ramosissimus.

9. *pentaphyllum*, fol. digitato-quinatis: foliol. ovalibus integris subpetiolatis, petal. omnibus sessilibus brevibus acutis integerrimis. Lam. enc. t. p. 605. Ejusd. ill. t. 277. f. 2. Hab. ad Monte-Video. Pet. cal. breviora.

10. *polyphyllum*, caul. prostrato, petiol. elongatis alternis polyphyllis (fol. digitato 5-…-phyllis). Cav. ic. 4. p. 65. t. 365. Hab. in chilensi Monte-Cordillera. Foliola in orbem expansa: majora dentata. Pet. cal. longiora. ⊙

916. MAGALLANA. *Cal.* 3-partitus, calcaratus. *Petala* 5, inæqualia. *Fruct.* trialatus, monospermus (per abortum). *Sem.* oblongum. (*Filam.* basi breviter coalita.)

1. *porifolia*, caul. herbaceo scandente, fol. alternis trifidis, flor. axillaribus. Cav. ic. 4. p. 51. t. 374. Hab. in Amer. meridionali. Flor. lutei. Hoc genus navigatori celeberrimo *Ferd. Magallano* consecratum est.

917. OSBECKIA. *Cal.* 4-fidus: lobis squama ciliari interstinctis. *Cor.* 4-5-petala. *Antherae* rostratæ. *Caps.* 4-5-locularis, calycis tubo truncato cincta. *Receptac.* compressum, semiovatum. G. (Stam. 8-10.)

1. *chinensis*, fol. sessilibus, calycib. glabris. Willd. Sp. II. p. 300. O. pedunc. trifloris bracteatis. Lin. suppl. p. 215. Lam. ill. gen. t. 283. Osbeck. it. 213. t. 2. Hab. in China. Caul. brachiatus. Fol. angusto-lanceolata, trinervia.

2. *zeylanica*, fol. petiolatis, cal. hispidis. Willd. O. pedunc. unifloris nudis. Lin. suppl. O. chinensis. Gaertn. de fr. 2. p. 202? Pluck. alm. 142. t. 173. f. 4. Hab. in Zeylona. Fol. lineari-lanceolata, ut tota planta, strigosa. W.

Obs. Osbeckiae a Rhexiis differre videntur germine infero, quum capsula Rhexiae calyce inclusa. Willd., a *Melastomis* non satis distinctae, et potius cum iis conjungendae. Lam. enc. bot. 4. p. 647.

918. RHEXIA. *Cal.* urceolatus, 4-5-fidus. *Pet.* 4, calyci inserta, obliqua. *Antherae* declinatæ. *Caps.* setosa, 4-locularis, intra ventrem calycis. *Receptac.* sublunatum. *Sem.* numerosa, cochleata. (Stam. etiam 10.)

* *Foliis sessilibus plerisque.*

1. *virginica*, caul. alato subpiloso, fol. sessilib. sub-lanceolatis trinerviis serrato-ciliatis, calycib. glanduloso-ciliatis. Willd. Sp. II. p. 301. Michaux. Flor. p. 222. Pluck. alm. 235. t. 202. f. 8. β. *septemnervia*. Walter, statura majore, fol. 5-7-nerviis (in inundatis). Hab. in Amer. boreali. Caul. angulis membranaceis. ♃

2. *mariana*, caul. hirsutissimo, fol. sessilibus lanceolatis trinerviis villoso-ciliatis, cal. stellato-pilosis. Willd. Michaux. 1. p. 221. Lam. ill. t. 283. f. 1. Pluck. mant. 123. t. 428. f. 1. Hab. in Marilandiae pratis. Var. fol. purpureis et rubellis, fol. plus minusve latioribus.

3. *trichotoma*, flor. solitariis axillaribus terminalibusque, fol. sessilibus oppositis lanceolatis hirsutis. Vahl. symb. 2. p. 48. Rottb. pl. surinamens. p. 9. tab. 5. Hab. Surinami. ♄

β. *exalbida*, fol. linearibus, flor. pallidis. Michaux. R. lanceolata. Walter.

4. *petiolata*, fol. subovatis trinerviis ciliatis petiolatis, caps. globosis, anther. nudis. Walt. corol. p. 130. Hab. in Carolina.

5. *ciliata*, caul. subquadrangulo glabro, fol. parvulis subpetiolatis ovalibus subtus glabris, supra parce hispidulis, margine ciliatis, flor. involucratis. Michaux. l. c. Hab. in Carol. infer. Flor. violaceo-purpurei. Affin. priori.

6. *lutea*, caul. 4-angulo hirsuto, fol. inferioribus cuneato-oblongis obtusis; superiorib. lanceolatis. Michaux. p. 222. Walt. l. c. Hab. in Florida et Georgia. Flor. lutei. Anth. breviusculae uti in priore. M.

7. *Alifanus*, foliis subovatis cauleque erecto sublaevibus, cal. corollaque glanduloso-pilosis. Walt. carol. p. 130. Hab. in Carolina.

8. *glabella*, caul. cylindraceo glabro, fol. sessilibus erectis lanceolatis laevibus glabris integris, flor. brachiato-subpaniculatis, cal. hirsuto-glutinosis. Michaux. 1. p. 223. In Carol. et Georgiae sylvis. Flor. majusculi, dilute purpurascentes. Priori affinis.

9. *Jussiaeoides*, pubescens, fol. lanceolatis alternis constatis margine scabris. Lin. suppl. 215. Hab. in Surinamo. Fol. margine scabra ex minutissimis serraturis. ♄

10. *bivalvis*, decandra, fol. sessilibus glabris ovatis obtusis trinerviis, capsula bivalvi. Willd. p. 302. Vahl. eclog. 1. p. 38. Melastoma bivalvis. Aubl. guj. 1. p. 404. t. 155. f. 4. Hab. in pratis paludosis Gujanae. ⊙

11. *trivalvis*, decandra, fol. sessilibus glabris lineari-lanceolatis acutis, obsolete trinerviis, capsula trivalvi. Willd. Vahl. eclog. 1. p. 39. M. trivalvis. Aubl. guj. 1. p. 406. t. 155. f. 6. Hab. in pratis paludosis Gujanae. ⊙

** *Fol. petiolatis.*

12. *hypericoides*, decandra, villosissima, fol. ovatis acutis integerrimis brevissimis petiolatis septemnerviis, panicula terminali. Willd. p. 303. M. villosa. Aubl. guj. 1. p. 428. t. 168. Hab. in pratis humidis Cajennae. Facies Hyperici montani. ⊙

13. *glutinosa*, fol. oppositis trinerviis laevibus, flor. thyrsoideis. Lin. suppl. p. 216. Mutis. amer. v. 1. t. 6. Hab. in N. Granada. Melastomis similis, ramulis articu-

latis. Summitates ramulorum et calyces glutinosi. L.

14. *quinquenervis*, fol. ovatis acutis quinquenerviis, pedunc. dependentibus subcorymbosis, petal. convolutis. Flor. Peruv. 3. p. 83. t. 318. f. 6. Hab. in Peruviae montibus et collibus. Petal. violacea. ♄

15. *rosmarinifolia*, fol. subpetiolatis oblongo-linearibus trinerviis, margine revolutis, pedunc. 3-5-floris pendulis, petal. convolutis. Flor. Perv. t. 318. Hab. in collib. ventosis, aridiosculis. Petal. violacea, nocte et mane patentia.

16. *lutescens*, fol. ovatis trinerviis rugosis, pedunc. trifloris pendulis, petal. convolutis. Flor. Per. p. 84. t. 319. Cresc. in montibus, locis pluviosis. Flor. lutescentes pasim 10-andri. ♄

17. *dicrananthera*, fol. ovatis 5-nerviis, pedunc. subcorymbosis, petal. patentibus. Flor. Peruv. t. 320. Hab. in Peruviae sylvis. R. villosae affinis. Petal. rosea.

18. *echinata*, fol. ovatis 5-nerviis subtus lanuginosis supra echinatis, pedunc. 1-3-floris: petal. magnis patentissimis. Flor. Peruv. 3 p. 85. t. 319. Hab. in collib. altis, ventosis. Flor. violacei, 10-andri. ♄

19. *recurva*, fol. petiolatis ovatis minimis, caul. 4-angulari articulato apice recurvo, flor. terminalibus subsolitariis. Poirr. in Enc. bot. 6. p. 6. Hab. in Cajenna. Stam. exserta. Anth. versailles.

20. *flexuosa*, hirsutissima, fol. lanceolatis serrulatis 5-nerviis, pedunc. corymboso-dichotomis, petal. reflexis. Flor. Per. p. 85. t. 320. In Peruv. runcationibus. Pet. parva, alba.

21. *ochypetala*, hirsuto-hispida, foliis lanceolatis 5-nerviis, pedunc. trifloris, petal. patentissimis acumiuatis. Flor. Per. p. 86. t. 321. Hab. in montibus apertis, praeruptis. Petal. purpurea acumine parvo. Flor. bract. 2, caducis tecti, 10-andri. ♄

22. *glomerata*, foliis petiolatis ovatis integerrimis trinerviis villosis, flor. terminalibus glomeratis. Willd. p. 304. Rottb. pl. surinamens. p. 8 t. 4. Hab. in Surinami pratis depressis.

23. *longifolia*, decandra, pilosa, foliis lanceolatis integerrimis quinquenerviis, pedunculis axillaribus terminalibusque dichotomis fol. brevioribus. Hab. in America meridionali.

24. *aspera*, decandra, foliis petiolatis ovatis quinquenerviis, calyce squamoso-bracteato. Willd. Tibouchina aspera. Aubl. guj. 1. p. 446. t. 177. Hab. in aridis Gujanae. Calyx squamis imbricatis tectus. ♄

25. *uniflora*, fol. petiolatis ovatis serratis, flor. axillaribus solitariis decandris, caule alato dichotomo. Hab. in Cajenna. Caul. herbaceus, viscosus. Fol. margine e pilis glandulosis ciliato serrata. Capsulae Coriandri.

26. *inconstans*, fol. ovatis hispidis, setis adpressis, subtus incanis trinerviis, pedunc. terminalibus subunifloris. Osbeckia ornata. Swartz Fl. ind. occid. 2. p. 647. Hab. in summo monte Montansery St. Christophori. ♄

27. *latifolia*, fol. petiolatis subrotundis acutis quinquenerviis hirsutis, pedunculis terminalibus unifloris. Willd. p. 305. Aubl. gujan. 1 p. 336. t. 129. f. 2. Hab. in pratis Gujanae.

28. *villosa*, fol. petiolatis subrotundo-ovatis acutis quinquenerviis villosis, flor. geminis terminalibus subsessilibus. Willd. Aubl. l. c. p. 334. t. 129. f. 1. Cum priore in pratis.

29. *aquatica*, foliis oppositis cordatis crenulatis hirsutiusculis, panic. terminalibus trichotomis, ramulis filiformibus patentissimis. Swartz. Fl ind. occid. 2. p. 650. Melastoma aquatica. Aubl. p. 430. tab. 169. Hab. in inundatis Cajennae, Surinami, Jamaicae, Dominicae. ♄

Onagrae. (Gen. 918-922.) *Cal.* superus, tubo longo distinctus: limbo 4-5 persistente, aut deciduo. *Petala* summo calyci inserta, flaccida. *Stam.* numero varia: 2, 4, 6, 8, 10 et plura. *Fructus* plerumque inferus, est vel capsula, aut bacca, aut drupa, ut plurimum polysperma, 1-multilocularis. *Fol.* alterna, aut opposita. *Caul.* herbaceus vel frutescens.

919. OENOTHERA. *Cal.* tubulosus: 4-fidus, laciniis deflexis deciduis. *Petala* 4, cal. inserta. *Stigm.* 4-fidum. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis, infera. *Sem.* nuda, receptaculo centrali, 4-gono affixa.

* *Caps. elongatis teretibus sessilibus.*

1. *biennis*, fol. ovato-lanceolatis plan is caule muricato-villoso, caps. conicis deor-

sum subturgidis. Mill. ic. t. 89. f. 2. Flor. dan. 446. Lam. ill. t. 219. f. 1. Hab. in Virginia, unde 1614. nunc vulgaris in Europa. Stam. coroll. breviora. W. ♂

2. *suaveolens*, foliis ovato-lanceolatis obsolete dentatis, caps. elongatis crassitudine subaequalibus, cor. magna. Hab. in America. Col. in hort. ob odorem aurantium et magnitudinem florum. Oen. grandiflora. Ait? Antecedente omnib. partibus major. Caps. sulcatae, deorsum subcrassiores.

3. *parviflora*, foliis ovato-lanceolatis planis, caule laevi subvilloso, staminibus cor. longiorib. Willd. Sp. II. p. 306. Mill. ic. 189. f. 1. Hab. in America septentrionali. Fructus apex margine octifido, nec quadrifido. Caul. ruber, scaber. L. ♂

4. *muricata*, fol. lanceolatis planis, caule purpurascente muricato, stamin. longitudine corollae. Willd. Murr. in N. Comment. Goett. VI. p. 24. t. 1. Habitat in Canada. Similis antecedenti; sed fructus os non 8-fidum. L. ⊙ ♂

5. *longiflora*, fol. denticulatis, caul. simplicibus pilosis, petalis distantibus bilobis, flor. tubo longissimo. Jacq. hort. t. 172. Curt. magn. 365. Habitat in agro Bonariensi. Petala flava, biloba, post anthesin rubescunt. Caps. hirsutae. ⊙ ♂

6. *mollissima*, fol. lanceolatis undulatis, tomentosis. Dill. elth. 297. t. 219. f. 286. Hab. in agro Bonariensi, et R. Chilensis campis. Petal. primo flava dein purpurea. ⊙

7. *nocturna*, fol. lanceolatis repando-dentatis pubescentibus, caule tereti pubescente. Willd. Iacq. ic. rar. 3. t. 455. Collect. 3. p. 205. Lam. ill. t. 279. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei. Fruct. ovato-oblongus. Cor. praecedentis, petalis flavis, dein rubicundis. ⊙

8. *villosa*, fol. lanceolatis villosis, caule angulato hirsuto. Thunb. prod. 75. Cum priore. ♄

9. *prostrata*, fol. sublanceolatis acutis dentato-sinuatis, caps. linearib. obtuse 4-gonis coronatis-curvatis. Flor. Per. p. 79. t. 315. Hab. inter Peruv. segetes. Petal. lutea purpureaque, obcordata. Affinis videtur Oe. *sinuatae*.

10. *sinuata*, decumbens molliter pubescens, fol. lanceolatis dentato-sinuatis (incisis), flor. axillaribus villosis. Michaux. Flor. 1. p. 224. Murray in comm. Goett. 5. t. 9. In Amer. bor. aridis.

39. *tomentosa*, fol. 6-8-jugis, foliol. oblongo ovatis, basi obliquis mucronatis subtus tomentosis, gland. pluribus subulatis, racemis axillaribus, legum. tomentosis. Lam. l. c et Lin. suppl. p. 231? Rami quoque flavo-tomentosi. Hab. in Brasilia.

β? *albida*, fol. 2-7-jugis, oblique ovalibus sericeis, gland. subulatis, pedunc. subquadrifloris, legum. obsolete 4-gonis hirsutis. Orteg. dec p. 92. Hab. in N. Hispania.

40. *serpens*, fol. 7-jugis, flor. pentandris, caul. filiformibus prostratis herbaceis. L. Hab. in Jamaicae pascuis aridis. ⊙

41. *mexicana*, fol. 7-jugis, foliol. obtusiusculis pubescentibus ciliatis, glandula cylindrica inter infima. Willd. Jacq. hort. Schoenb. 2. p. 41. t. 203. Habitat in Mexico.

42. *angustifolia*, fol. 7-jugis lanceolatis, extimis majoribus, petiolis eglandulatis, caule fruticoso. Vahl. symb. 1. p. 29. Hab. in Arabia. A. C. Senna differt legum. non curvatis. V. ♄

43. *ligustrina*, fol. 7-jugis lanceolatis, extimis minoribus, glandula baseos petiolorum. L. Dill. elth. 350. t. 259. f. 338. Hab. in Virginia, Bahama. ♄

44. *florida*, fol. 7-jugis ovali-oblongis glabris emarginatis eglandulosis, flor. racemosis, bract. spathulatis mucronatis. Vahl. symb. 3. p. 57. Hab. in India orient.

45. *stipulacea*, fol. sub-8-jugis ovato-lanceolatis, glandula inter inferiora, stipul. ovatis maximis. Ait. Kew. 2. p. 52. Feuill. peruv. 3. p. 56. t. 42. Hab. in Chili. ♄

46. *alata*, fol. 8-jugis obovali-oblongis, exterioribus minoribus, petiolis eglandulatis, stipulis patulis. L. Veget. 328. Swartz. obs. C. *herpetica*, Jacq. obs 2. p. 24. t. 45. f. 2. Rumph. 7. t. 18. Legum. margine crenato-membranaceo. Fol. magna emarginata. Hab. in Amer. calidiore. ♄

47. *siamea*, fol. 8-9-jugis ovato-oblongis obtusis glabris, petiol. eglandulatis, corymb. pedunculatis axillaribus terminalibusque. Lam. enc. 1. p. 548. Hab. prope Siam. Comm. Legum. planum marginatum. †

48. *marilandica*, fol. 8-jugis ovato-oblongis aequalibus, glandula baseos petiolorum, flor. spicato-paniculatis. L. Dill. elth. 351. t. 250. f. 339. Hab. in Amer. boreali. Legum. lineare arcuatum.

49. *fastigiata*, fol. 9-jugis oblongis glabris. gland. pedicellata inter omnia foliola, flor. racemosis. Vahl. symb. 3. p. 57. Hab. in India. ♄

50. *frondosa*, fol. 9-jugis ovali-oblongis glabris obtusiusculis, glandula cylindrica inter inferiora, petiola basi eglandul. Ait. Kew. 2. p. 35. C. *crista*. Jacq. ic. rar. t. 74. Collect. 1. p. 82. Hab. in India occidentali. ♄

51. *tenuissima*, fol. 9-jugis oblongis, glandula subulata inter infima. L. Hab. in Havana. ♄

52. *virgata*, fol. 10-jugis ovato lanceolatis villosis, glandula petiolari pedicellata, pedunc. unifloris foliolis longiorib. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 728.

53. *angustisiliqua*, fol. 10-jugis ovato-oblongis acutis aristatis, gland. pedicellata inter infima, legum. angustis et compressis. L. l. c. p. 649. Burm. amer. t. 78. f. 2. Hab. in America australiore. Flor. magni, racemosi. ♄

54. *sophera*, fol. 10-jugis lanceolatis, glandula baseos oblonga. L. Burm. zeyl. 213. t. 98. Rumph. 5. t. 97. f. 1. Rheed. 2. t. 52. Hab. in Indiae umbrosis. Cor. albido-flavescens venis fuscis. Legum. subfalcatum, lineare.

55. *bracteata*, fol. 10-jugis oblongis obtusis eglandulatis, racemosis elongatis, bract. magnis ovatis tumidis imbricatis, legumine quadrangulari compresso. Lin. suppl. 232. Hab. in Surinamo. Fol. pedalia. Racem. maximus. Bract. magnae imbricatae nervosae, caducae. L.

56. *auriculata*, fol. 12-jugis obtusis mucronatis, glandulis subulatis pluribus, stipulis reniformibus barbatis. L. Pluk. alm. 341. t. 314. f. 4. Hab. in India.

57. *brevifolia*, ramosissima subglabra, fol. 12-jugis obovatis, pedunc. lateralibus unifloris, fol. longioribus. Lam. encycl. t. p 652. Hab. in Madagascar. Commers. Fol. minutissima, approximata. ♄

58. *angustissima*, fol. multijugis, foliol. perexiguis aristatis tomentosis, stipul. lanceolato-setaceis, pedunc. bipartitis, caul. hirsuto. Lam. l. c. p. 651. Hab. in ins. Java. Commers.

59. *nigricans*, fol. 14-jugis lineari-oblongis obtusissimis mucronatis, glandula baseos sessili. Vahl. symb. 1. p. 30. Hab. in Arabia felici. ♄

60. *polyphilla*, fol. multijugis, foliol.

ellipticis obtusis ciliatis, glandula oblonga, sessili inter infima, pedunc. subbifloris. Willd. p. 527. Jacq. ic. rar. 3. t. 460. Collect. 4. p. 104. Hab. in insula Porto-Rico. ♄

61. *Chamaecrista*, fol. multijugis, glandula petiolari subpedicellata, stipulis ensiformibus. Hab. in Jamaica, Barbados, Virginia. Flor. subgemini. Fol. pennaeformia. Petala 2-superiora macula purpurea. Legum. pubesc.

62. *glandulosa*, fol. multijugis multiglandulatis, stipulis subulatis. L. Breyn. cent. 64. t. 24. Hab. in Jamaica, Guadeloupe. Flor. hexandri, anth. 2-longissimis. L.

63. *mimosoides*, fol. multijugis linearibus: glandula baseos petiolorum obsoleta, stipulis setaceis. L. Hab. in Zeylona. Stip. lanceolatae, seta terminatae. Stam. 2, quorum 7 cum antheris oblongis. Legumina linearia. L.

64. *fasciculata*, glabriuscula, fol. sub-9-jugis, gland. sessili, fascic. multifloris, legum. glabellis arcuatis adscendentibus. Michaux. Flor. 1. p. 262.

65. *microphylla*, fol. multijugis linearib. mucronatis, gland. inter infima, stipulis lanceolatis mucronatis, pedunc. solitariis unifloris, caule ramoso virgato. Willd. p. 529. Hab. in ins. St.-Crucis. Loment. compressum, lineare, affinis praecedenti, W. ♃

66. *pumila*, fol. multijugis, basi ciliatis mucronatis, glandul. petiolari pedicellata, caul. ramosissimo hirsuto. Lam. l. c. p. 651. Pluk. alm. 251. t. 120. f. 1. Hab. in Ind. orient. Flor. minimi. Legum. compressum, subvillosum.

67. *flexuosa*, fol. multijugis, stipul. dimidiato-cordatis. L. Breyn. cent. 65. t. 23. Hab. in Brasilia. ⊙

68. *capensis*, fol. multijugis, foliol. linearibus, caule flexuoso-erecto villoso. Thunb. prod. 79. Hab. ad Cap. b. spei.

69. *nicticans*, tota pubescens, fol. multijugis, flor. pentandris, caule erectiusculo. Pluk. alm. 141. t. 314. f. 5. Rumph. 6. t. 61. f. 1. Hab. in Amer. bor. Flor. minuti, immaculati. ⊙

70. *procumbens*, fol. multijugis eglandulatis, caule filiformi procumbente. L. Roth. Catal. 2. p. 43. Comm. petrop. t. 11. Pet. sicc. 243. Hab. in Indiis, apricis siccis. Stam. 10, glandula in fol. aetate evanescit. Roth. ⊙

1015. CATHARTOCARPUS. *Cal.* 5-partitus, deciduus. *Cor.* regularis, 5-petala. *Filam.* inferiora arcuata. *Legum.* longum, teres, lignosum, pluriloculare: loculis pulpa farctis.

1. *Fistula*, fol. 5-jugis ovatis acuminatis, petiolis eglandulosis, petalis planis ovatis. Cassia *fistula*. Lin. Gaertn. de Fr. 2. p. 313. Lam. ill. t. 332. Rumph. 2. t. 21. Hab. in India, Aegypto et America. Arb. magna, Juglandem referens, flor. pulchros profert.

Obs. Usus fructus ejusque pulpae notissimus, unde nomen huic generi a reliquis Cassiis diverso inditum.

2. *Bacillus*, fol. 2-jugis ovatis obliquis, glandula inter infima. Gaertn. l. c. Houst. Reliq. t. 17. Cassia bacillaris. Lin. Suppl. p. 231. Willd. Sp. II. p. 514. Hab. in Surinamo. Frut. 12-pedal. Racem. axillares. Legum subcurvum, acum., filiformi terminatum. L.

3. *grandis*, fol. 20-jugis oblongis obtusis, subholosericeis eglandulatis. Lin. Suppl. p. 230, sub Cassia. Cassia *brasiliana*. Lam. enc. 1. p. 649-650. C. *mollis* Vahl. Willd. p. 516. Breyn. cent. t. 21. Hab. in Surinamo, Brasilia et St.-Domingo. Arbor robusta, legum. 1-semi-pedale, ultra unc. latum, superne canaliculatum, venis prominulis, pulpa ingrata, amara. L.

4. *javanicus*, fol. 12-15-jugis, foliolis ovatis obtusis glabris, legum. subcylindricis longissimis. Lam. l. c. sub Cassia. Vahl. symb. 3. p. 58. Willd. Sp. II. p. 527. Commel. hort. 1. p. 217. t. III. C. Fistula sylvestris. Rumph. Amb. 2. p. 88. t. 22. Hab. in Java et in ins. Moluccens. Fruct. pulpa molli destitutus dicitur. Fol. eglandulosa, basi obliqua. V.

1016. PARKINSONIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5, plana, ovata: superiore ovato-subrotundo, ungue erecto longissimo. *Legum.* torosum.

1. *aculeata*. Lin. Lam. ill. t. 336. Jacq. amer. Ed. pict. t. 129. Hab. in Amer. calidiore. Arb. 12-pedalis, elegantissima. Fol. rachis compressa, lata, cui adhaerent foliol. minutissima.

1017. TACHIA. *Cal.* turbinatus, 5-partitus. *Cor.* 5-petala, subaequalis. *Stam.* calyci inserta,

longa, omnia foecunda, tria superiora breviora. *Legumen.*

1. *paniculata*, fol. pinnatis, foliol. oppositis. Cubaea. Schreb. Willd. p. 530. Tachigali paniculata. Aubl. guj. 1. p. 372. t. 143. f. 1. Lam. ill. t. 339. Hab. in sylvis Gujanae cum sequente. ♄

2. *trigona*, fol. pinnatis, foliol. alternis. Aubl. 1. p. 374. t. 143. f. 2. Praecedentis varietas?

Obs. Nomen Cubaea cum *Cobaea* nimis est consonum, ut assumi possit.

1018. CÆSALPINIA. *Cal.* 5-partitus, lacinia infima majori subfornicata. *Petala* 5. *Stam.* basi lanata, omnia foecunda. *Legum.* compressum.

* *Inermes.*

1. *elata*, inermis, foliol. linearib. obtusis cum acumine, corymbis compositis, calycibus coriaceis tomentosis, petalis fimbriatis, stam. longissimis. Swartz l. c. Hab. in India. Filam. atropurpurea, basi villosa.

2. *coriaria*, inermis, foliol. linearibus obtusis, racemis paniculatis, calycibus glabris, staminib. corolla duplo longioribus. Willd. p. 532. Poinciana coriaria. Jacq. amer. 123. t. 175. f. 36. Ed. pict. 250. f. 35. Hab. in maritim. Curacao et Carthagenae. ♄

Obs Legum. matura ab incolis, quibus *Libidibi* audiunt, ad condensenda coria adhibentur. J.

3. *brasiliensis*, inermis, foliol. ovato-oblongis, rachidibus pubescentibus, calycibus tomentosis, staminibus corolla brevioribus. Swartz. Hab. in Carolina, Jamaica, et Brasilia. ♄

* * *Aculeatae.*

4. *bahamensis*, ramis aculeatis, foliol. obovatis emarginatis, flor. albidis. Lam. enc. 1. p. 461. Catesb. Carol. 2. p. 51. t. 51. Hab. in ins. Bahama et Jamaica. Fol. duplicato-pinnata.

5. *vesicaria*, caule aculeato, fol. obcordatis subrotundis, racem. spicatis. Lam. enc. 1. p. 461. Lin. Sp. pl. p. 545. C. *bijuga.* Swartz. Willd. Sp. II. p. 530. Poinciana bijuga. Lin. Sloan. hist. 2. p. 50. t. 181. f. 2, 3. Pluk. t. 165. f. 3. Hab. in Jamaica. Legum. nigra, sulcata. ♄

6. *pulcherrima*, aculeata, foliol. oblongo-ovalibus emarginatis, calycibusque glabris, corymbis simplicibus, petalis fimbriatis, staminib. longissimis. Swartz. obs. p. 166. Poinciana pulcherrima. L. Jacq. amer. 122. et ed. pict. t. 120. Lam. ill. t. 333. Hab. in Indiis. Flor. speciosi, e croceo et coccineo variegati, aut solum crocei. Stam. longissima incurva. Frutex 12-pedalis.

7. *echinata*, caule ramisque aculeatis, foliol. ovatis obtusis, leguminib. echinatis. Lam. enc. 1. p. 461. Pseudo-Santalum rubrum. s. arbor Brasilia. Bauh. pin. p. 393. Hab. in Brasilia. Arb. grandis (*Bois de Bresil*), cujus lignum tincturae communi rubrae inservit. ♄

8. *Sappan*, caule aculeato, foliol. oblongis, inaequilateralibus (obliquis) emarginatis. Roxb. corom. 1. p. 17. t. 16. Lam. ill. t. 335. f. 1. Lignum Sappan. Rumph. 4. t. 21. Rheed. 6. t. 2. Hab. in Indiis. Arb. 10-15-pedalis, cujus lignum coctum tincturam praebet, primo nigram, sed, alumine admixto, amoene rubram.

9. *Crista*, aculeata, foliol. ovalibus, racem. simplicibus, petalis ovatis, calyce glabro brevioribus, staminibus calyce longioribus. Swartz. l. c. Plum. gen. t. 68. Hab. in Jamaica. ♄

10. *mimosoides*, caule petiolis pedunculisque aculeatis, foliol. oblongis obtusis parvis, leguminibus lanuginosis. Lamarck. enc. 1. p. 462. Ej. ill. t. 335. f. 2. Rheed. 6. t. 8. Hab. in India. Est sensitiva ut nonnullae Mimosae. Racem. hispidulus. Flor. magni, flavi. L.

1019. HOFFMANSEGGIA. *Cal.* 5-partitus, persistens. *Petala* 5, unguiculata patentia, superiore latiore, basi glandulosa. *Filam.* pilosoglandulosa. *Stigm.* clavatum. *Legumen* lineare, compressum, polyspermum. (Petioli axillis glandulis pedicellatis.)

1. *falcaria*, caul. suffruticoso decumbente, fol. bipinnatis, pinnul. ovatis glaucis. Cav. ic. 4. p. 64. t. 392. Larrea glauca. Orteg. Hab. in montibus altis Amer. meridionali. Legum. arcuatum.

2. *trifoliata*, subacaulis, petiolis radicalibus trifoliatis, fol. pinnatis. Cav. l. c. p. 63. t. 393. f. 1. Hab. in Amer. meridion. aridis. Legum. rectum, villosum.

1020. POMARIA. *Cal.* turbinatus, 5-partitus, caducus. *Petala* 5, sub-

unguiculata : superiore concavo breviore. *Filam.* inferne hirsuta. *Stigm.* capitatum. *Legum.* 1-loculare, dispermum.

1. *glandulosa*, caule fruticoso, fol. tota glandulis nigris obsita. Cav. ic. 5. p. 2. t. 402. Hab. in N. Hispania. Fol. bipinnata, alterna. Flor. racemosi, lutei. ♄

1021. ZUCCAGNIA. *Cal.* persistens, 5-partitus. *Petala* 5, ovata : superiore concavo. *Filam.* inferne pilosa. *Stigm.* infundibuliforme. *Legum.* subovatum compressum, 1-loculare, 1-spermum.

1. *punctata*, fol. pinnatis, pinnul. ellipticis alternis punctatis glutinosis, flor. racemosis terminalibus. Cav. ic. 5. p. 2. t. 403. Hab. in montib. chilensibus. Legum. crinitum. ♄

Obs. An tria haecce Cavanillesii genera, inter se et priori nimis affinia, potius in unum conjungi debent ?

1022. GUILANDINA. *Cal.* 1-phyllus, hypocrateriformis. *Petala* calycis collo inserta, subæqualia. *Legumen* subrhomboideum, 1-loculare. *Sem.* dura.

1. *Bonduc*, aculeata, pinnis ovatis, foliol. aculeis solitariis. L. Lam. enc. 1. p. 434. et ill. t. 336. Rumph. 5. t. 48. Hab. in Indiis. ♄

2. *Bonduccella*, aculeata, pinnis oblongo-ovatis, foliol. aculeis geminis. L. Lam. l. c. Rumph. 5. t. 49. f. 1. Rheed. 2. t. 22. Hab. in Indiis. ♄

3. *Nuga*, caule inermi, fol. petiolo primario subtus aculeis geminis. L. Rumph. 5. t. 50. Hab. in Amboina. ♱

4. *paniculata*, ramis petiolisque aculeatis, florib. paniculatis ebracteatis, leguminibus monospermis laevib. Lam. enc. 435. Rheed. 6. t. 19. Hab. in Malabaria et N. Hibernia. ♄

5. *axillaris*, aculeata, fol. pinnatis, flor. axillaribus subsolitariis, leguminib. monospermis villosis. Lam. l. c. Rheed. 6. t. 20. Hab. in India.

1023. MORINGA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* calyci inserta, inæqualia. *Caps.* longissima, 3-valvis. *Semina* alata.

1. *zeylanica*, flor. semidecandris, fol. subbipinnatis, foliol. inferioribus ternatis, leguminib. trigonis. Willd. Sp. II. p. 536, et Vahl. symb. 1. p. 30. Sub nomine generico *Hyperanthera* uti seq. species. M. *oleifera*. Lamarck. enc. 1. p. 398, et ej. ill. gen. t. 337. Jacq. ic. rar. 3. t. 461. Collect. 2. p. 371. Rumph. 1. t. 74, 75. Hab. in Zeylona, America et Aegypto, locis arenosis. Arb. cujus radix et legum. commeduntur. Oleum ex seminib. expressum non rancidum fit. Legum. longissimum, triquetrum. ♄

2. *arabica*, florib. semidecandris, fol. bipinnatis, apice simpliciter pinnatis. Vahl. symb. 1. p. 30. (Hyper. semidecandria.) Gymnocladus arabica. Lam. enc. 1. p. 733. Hab. in Arabia. Stam. s. fertilia, caps. cylindrica.

1024. ADENANTHERA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *An heræ* apice exteriore glandulæ globosæ affixæ. *Legum.* membranaceum.

1. *pavonina*, fol. decompositis utrinque glabris, foliol. alternis. L. Willd. Sp. II. p. 550. Jacq. coll. 4. p. 212. t. 23. Lam. ill. t. 334. Hab. in Ind. ♄

2. *falcata*, fol. decompositis subtus tomentosis. L. Rumph. 3. t. 111. Cum priore. ♄

3. *scandens*, fol. pinnatis bijugis, foliol. ovatis obliquis glabris, cirrhis terminalibus bifidis. Forst. prodr. n° 1117. Hab. in ins. Mallicollo. ♄

1025. CADIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5, æqualia, obcordata. *Legumen* polyspermum.

1. *purpurea*. Forsk. descr. p. 90. L'Herit. in Magaz. encycl. 5. p. 20. Spaendoncea tamarindifolia. Desfont. in Decad philos. 7. p. 259. Hab. in Arabia felici. Fol. imparipinnata, foliol. numerosissimis. Cor. recens alba dein rosea.

1026. PROSOPIS. *Cal.* hemisphæricus, 4-dentatus. *Petala* 5, lineari-lanceolata, apice recurva. *Filamenta* petalor. basi adnata, capillacea. *Stigma* simplex. *Legumen* polyspermum, longum.

1. *spicigera*, L. Burm. ind. 102. t. 25. f. 3. Roxb. corom. 1. p. 45. t. 63. Lam. ill. t. 340. Hab. in India. Arb., ramis spinosis. Fol. alterna conjugata, foliol. pinnatis, sine impari. Flor. parvi. Legum. lineare teretiusculum, edule. R.

1027. EPERUA. *Cal.* monophyllus, limbo 4-partito. *Petalum* 1, subrotundum, laterale basi convolutum. *Filam.* basi incrassata, barbata, 5-sterilia. *Legumen.*

1. *falcata.* Aubl. guj. 1. p. 369. t. 142. Lam. ill. 338. Panzera. Willd. Sp. II. p. 540. Hab. in sylvis Gujanae ad ripas. Arb. 60-pedalis. Fol. pari-pinnata. Panic. e racemis simplicibus elongata.

1028. HÆMATOXYLON. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* lanceolata, 1-locularis, 2-valvis: valvis navicularibus.

1. *campechianum.* L. Lam. ill. t. 340. Willd. Sp. II. p. 547. Catesb. car. 3. p. 66. t. 66. Hab. in Campeche Americes. Fol. abrupte pinnata, foliol. obcordatis, flor. spicati parvi. ♄

1029. CRUDIA. *Cal.* monophyllus, limbo 4-fido. *Cor.* 0. *Filamenta* basi dilatata. *Samara* subdisperma, orbiculata.

1. *spicata*, fol. pinnatis, foliol. oblongo-lanceolatis acuminatis. Willd. p. 539. Apalatoa spicata. Aubl. guj. 1. p. 383. t. 147. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

2. *aromatica*, fol. simplicibus ellipticis acuminatis. Willd. Touchiroa aromatica. Aubl. guj. 1. p. 385. t. 148. Lam. ill. t. 339. Hab. in sylvis Gujanae. Racemi axillares ut in praecedente, cui simillima. W

1030. DETARIUM. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 0. *Filam.* alterna breviora. *Drupa* orbiculata, mollis. *Nux* compressa, 1-sperma, fibris reticulata.

1. *senegalense.* Gmel. Syst. II. p. 700. Juss. gen. pl. p. 402. Arb. fol. alterna, impari-pinnata. Flor. racemosi. Hab. ad Senegal.

1031. COPAIFERA. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Legumen* ovatum. *Semen* 1, arillo ovato.

1. *officinalis.* L. Jacq. amer. Ed. pict. Lam. ill. t. 342. Hab. in Brasilia, Antillis. Fol. alterna, impari-pinnata. Arb.

1032. MYROXYLON. *Cal.* campanulatus, 5-dentatus. *Petala* 5, supremo reliquis majore. *Germen* corolla longius. *Legumen* apice monospermum.

1. *peruiferum*, fol. abrupte pinnatis bijugis, foliol. suboppositis. Willd. p. 546. Lin. suppl. p. 233. Hern. mex. p. 51. cum ic. Hab. in America meridionali. Arbor pulcherrima, balsamum peruvianum praestat. Racemi axillares. Calyx viridi-canescens, cinctus extra orificium petalis antherisque albis, intra continens legumen viride, quod singularem faciem repraesentat. L.

2. *pedicellatum*, fol. imparipinnatis subquinquejugis, foliol. alternis, legumine pedicellato. Willd. Myrospermum pedicellatum, leguminibus pedicellatis. Lam. enc. 4. p. 191. illust. t. 341. f. 1. Hab. in Peru. ♄

3. *frutescens*, fol. impari-pinnatis septemjugis, foliol. alternis, legumine sessili. Willd. Myrosp. frutescens. Lam. l. c. f. 2. Jacq. amer. pict. t. 118. Hab. Carthagenae. Frut. 8-10-pedalis. Cor. exalbido-rosea. Fruct. scatet balsamo ingrato et forti. J.

1033. SCHOTIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5, calyci inserta, lateribus invicem incumbentibus, clausa. *Legumen* pedicellatum.

1. *speciosa.* Jacq. ic. rar. 1. t. 75. Collect. 1. p. 93. Gujacum afrum, fol. multijugis acutis. L. Hab. in Senegal et ad Cap. b. sp. Fol. octojuga. Foliol. ovato-oblongo, perennia. Stipulae ramis adpressae. Semina ab incolis comeduntur. ♄

1034. TOLUIFERA. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus. *Petala* 5, infimo maximo, obcordato. *Styl.* nullus.

1. *balsamum.* Hab. in America.

RUTACEAE (gen. 1035-1042.) praecipue distinguuntur petal. 4-5, foliol. calycinis alternis, fructu supero lobato, s. pluricapsulari, et embryone plano in perispermio carnoso. Fol. sunt saepius opposita, plerumque composita, nunc nuda, nunc stipulis donata. Nonnullae odore forti resinoso distinctae.

1035. GUAIACUM. *Cal.* 5-fidus, inæqualis. *Petala* 5, calyci inserta. *Caps.* angulata, 3 s. 5-locularis.

1. *dubium*, fol. conjugatis oblongo-lan-

eco'atis obtusis. Forst. prod. n°. 186. Willd. p. 558. Hab. in insula Toogatabu. ♄

2. *officinale*, foliol. bijugis obtusis. L. Lam. ill. t. 342. Slo.n. hist. 2. p. 133. t. 222. f. 3. Hab. in Hispanio'a, Jamaica, Antill. Arb. ligno duro; caps. biangulares.

3. *sanctum*, foliol. multijugis obtusis. L. Blackw. t. 350. f. 3, 4. Comm. hort. p. 171. t. 88. Pluk. alm. 139. t. 95. f. 4. Hab. in Am. Caps. 4-angulares. Fol. sub-8-juga, ovato-oblonga mucronata. Lam. enc. 2. p. 615.

4. *verticale*, fol. subquinquejugis ovali-oblongis breviacuminatis, petiol. verticalib. Orteg. Dec. p. 93. Hab. in N. Hispania Ramosissimum: Pet. caerulea, unguib. contortis. Pericarp. turbinatum, pedicellatum. Sem. funiculo appensa. O.

1036. ZYGOPHYLLUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Filam.* basi squamulosa: squamis germen conniventibus. (Nectarium 10-phyllum. L.) *Caps.* ovato-pentagona, 5-locularis.

1. *simplex*, fol. simplicibus sessilibus cylindricis. L. Portulacoides. Forsk. flor. aegypt. p. 88. et q. ic. t. 12. B. Hab. in Arabia.

2. *cordifolium*, fol. simplicibus oppositis sessilibus subrotundis. Ait. Kew. 2. p. 60. Lin. suppl. 232. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

3. *Fabago*, fol. conjugatis petiolatis, foliol. obovatis, pedunc. erectis, calyce glabro, petalis indivisis, caule herbaceo. Willd. Sp. II. p. 560. Lam. ill. t. 345. f. 1. Hab. in Syria, Mauritania, Sibiria. Caps. prismaticae. ♄

4. *foetidum*, fol. petiolatis, foliol. obovatis, flor. nutantibus, petalis reflexis incisis. Schrad. et Wendl. sert. hannov. p. 17. t. 9. Ad Cap. b. sp. Pet. subaurantia basi purpurea. ♄

5. *retrofractum*, fol. conjugatis petiolatis, foliolis ovatis, caule fruticoso ramisque retrofractis. Thunb. prod. 80. Hab. ad Cap. b. spei. ♄ An a priore diversum?

6. *maculatum*, fol. conjugatis petiolatis fol. lineari-lanceolatis. Ait. Kew. 2. p. 60. Cum priore. Petala lutea, macula cordata rubra ad basio, omnium distincta.

7. *coccineum*, fol. conjugatis petiolatis foliol. cylindricis carnosis laevib is. L. Z. desertorum. Forskoehl. ic. t. 11. Shaw. afr. f. 231. Hab. in Africa, Sibiria.

8. *album*, fol. conjugat. petiolatis, foliol. clavatis carnosis arachnoideo-incanis. L. Linn. dec. 1. t. 8. Desf. atl. 1. p. 338. Forsk. it. t. XII. f. A. Hab. in Aegypto, Barbar. et Canariis. Procumbens canò-album. Petala lato-lanceolata.

9. *Morgsana*, fol. conjugatis subpetiolatis, foliol. obovatis, caule fruticoso, caps. subtetraptera. Lam. enc. 2. p. 442. Burm. afr. 7. t. 3. f. 2. Dill. elth. t. 116. f. 141. Hab. ad Cap. b. spei, cum 5 sequentibus. Caulis articulatus. ♄

10. *capense*, fol. conjugatis sessilibus; foliol. obovatis, caule fruticoso. Lam. enc. 2. p. 443. Flor. rubris et fol. sessilibus a seq. differre dicitur. ✝

11. *microphyllum*, fol. conjugatis, subsessilibus, foliol. ovatis laevibus, caule fruticoso. Thunb. prod. 80. Foliol. ovalibus minutis. capsulis emarginatis. Lin. suppl. p. 232. Fol. subpetiolata. Pedunc. capillares solitarii. Petala flava. Caps. retusa. L.

12. *prostratum*, fol. conjugatis scabris, caul. decumbente, geuicul. hirtis. Thunb. prodr. app. p. 189.

13. *sessifolium*, fol. conjugat. sessilibus, foliol. lanceolato-ovalibus margine scabris, caule fruticoso. L. Dill. elth. t. 116. f. 142. Burm. afr. 4. t. f. 1. Petala crenata. ♄

14. *spinosum*, fol. conjugatis sessilibus, foliolis linearibus, carnosis supra planis, caule fruticoso. L. Burm. afr. 5. t. 2. Folia quaterna, linearia, carnosa, supra plana, subtus teretiuscula. Corollae nutantes, luteae. An a priore satis distinctum?

15. *aestuans*, fol. conjugatis sessilibus, foliol. obovatis retusis. L. Hab. in Surinam. Caules diffusi. Stipulae quinae, reflexae. L.

16. *arboreum*, fol. pinnatis, caule arboreo. Jacq. amer. 130. t. 83. Ed. pict. t. 24. Hab. in Amer. calidiore. Arb. 40-pedalis, speciosissima, cujus lignum durum et sub terra sepultum non corrumpitur, et veluti in lapidem mutare fertur. J.

17. *lanatum*, fol. ternatis, foliol. subtus papillosis, florib. pentagynis, caule flexuoso articulis lanato. Willd. Hab. in Sierra Leone. Foliola subrotunda mucronata. Pedunc. axillares. W. ✝

1037. FAGONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, cordata. *Caps.* 5-locularis, 10-valvis: loculis 1-spermis. *Sem.* compressa.

1. *cretica*, spinosa, fol. ternatis, foliol.

lanc. L. Lam. ill. t. 346. Hab. in Creta, et in montib. prope Maicar. Desf. Caul. patens, dichotomus, nodoso-geniculatus.

2. *hispanica*, inermis. L Mill. dict. Hab. in Hispania. Planta dubia, an var. prioris? ♂

3. *arabica*, spinosa, foliol. linearib. convexis subvillosis apic. brevioribus. L. Lam. enc. 2. p. 447. Hab. in Arabia et Barbaria. Facie Ulicis.

4. *indica*, fol. simplicibus ovalibus, spinis geminis. L. Burm. ind. 102. 34. f. 1. Hab. in Persia. ✝

1038. TRIBULUS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, patentia. *Stylus* o. *Caps.* 5, gibbæ, plerumque spinosæ, polyspermæ.

1. *maximus*, fol. subquadrijugis: exterioribus majoribus, pericarpiis decaspermis muticis. L. Jacq. ic. rar. 3. t. 462. Collect. 4. p. 110. Willd. p. 566. ill. t. 346. f. 2. Hab. in Jamaicae aridis.

2. *lanuginosus*, fol. subquinquejugis subaequalibus, seminibus bicornibus. L. Burm. zeyl. 265. t. 106. f. 1. Hab. in Zeylona.

3. *terrestris*, foliol. sexjugatis subaequalibus, seminib. 4-cornibus. L. Lam. ill. t. 346. f. 1. Moris. s. 2. t. 8. f. 9. Hab. ad semitas arva in Europ. australi et Barbaria. ⊙

4. *cistoides*, foliol. octojugat. subaequalibus. L. Jacq. Schoenbr. 1. p. 54. t. 103. Coll. suppl. p. 109. Pluck. alm. t. 67. f. 4. Hab. in Amer. australiore. ♃

1039. LARREA. *Cal.* 5-phyllus, deciduus. *Petala* 5, unguiculata. *Germen* 5-sulcatum. *Nuces* 5, 1-spermæ.

1. *nitida*, caule fruticoso, fol. oppositipinnatis nitidis, fructib. glabris. Cav. ic. 6. p. 40. t. 559. Hab. cum sequentib. in Amer. meridion. Flor. axillares, solitarii, luteovirentes.

2. *divaricata*, fol. oppositis sessilib. bilobis: lobis divaricatis. Cav. l. c. t. 560. f. 1. Fol. villosa. Stip. in tuberculum incrassatae.

3. *cuneifolia*, fol. oppositis subsessilib. cuneatis apice bilobis: setula inter lobulos prominente. Cav. l. c. p. 41. t. 560. f. 2. Fol. villosa.

1040. DICTAMNUS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, patula. *Filamenta* punctis glandulosis adspersa. *Caps.* 5, coalitæ.

1. *Fraxinella*. α *albus*. β. purpureus. Lam. ill. t. 344. Fraxin. Reneal. spec. 122. t. 121. Hab. in Germania, Gallia, Italia. Flores utplurimum purpurei. ♃

1041. RUTA. *Cal.* 4-5-partitus. *Petala* concava. *Receptac.* punctis melliferis decem cinctum. *Caps.* lobata. (Petala quibusdum 4 et Stam. 8.)

1. *graveolens*, fol. supradecompositis, foliol. oblongis, terminali obovato, petal. integerrimis. Willd. Sp. 2. p. 542. Lam. ill. 345. t. 1. Blackw. t. 7. Hab. in Europa australi, Alexandria, Mauritania. Flos primarius 5-fidus, reliqui quadrifidi.

2. *montana*, fol. supradecompositis, foliolis omnibus linearibus, petal. integerrimis. Willd. Ait. Kew. 2. p. 57. R. tenuifolia. Desf. atl. 1. p. 336. R. legitima. Jacq. ic. rar. 1. t. 76. collect. 1. p. 74. Sylvestris. Mill. Thuill. paris. Hab. in collibus Helvetiae, Eur. austral. et Barbariae.

3. *chalepensis*, fol. supradecompositis, foliol. lanceolatis, petal. ciliato-dentatis. Hab. in Arabia. Simillima R. graveolenti. ♄

4. *angustifolia*, fol. inciso-pinnatifidis, laciniis lineari-cuneatis, flor. corymboso-patulis, petal. ciliatis. Mor. hist. 2. S. p. t. 35. f. 8? Hab. in ruderatis Montspelii. (Thiebaud.) R. montanae quoad fol. subsimilis.

5. *pinnata*, fol. pinnatis, foliol. lanceolatis, basi attenuatis serrato-crenatis, petal. integerrimis. Ait. Hab. in Canariis.

6. *patavina*, fol. ternatis, sessilibus linearib. integerrimis, basi attenuatis. Willd. Mich. N. gen. pl. 22. t. 19. Hab. prope Patavium. Petala plana, integra. ♄

7. *linifolia*, fol. simplicibus lanceolatis glabris, filamentis ciliatis, caule simplici herbaceo. Willd. Lam. ill. t. 345. f. 2. Barrel. t. 1186. Hab. in Hispania, in ruderatis, et in agro Tunetano. ♄

8. *villosa*, fol. lanceolatis petiolatis cauleque villosis, petal. oblongis, filam. basi lanatis Tableau de la côte occid. de la mer Caspienne, n°. 15. R. fruticulosa. Delabillard. Willd. In Oriente. ♃

t uberculata,

9. *tuberculata*, fol. lineari-lanceolatis, subtus caulibus, capsulisque tuberculatis. Forsk. arab. p. 86. Hab. in Aegypto. (Herb. Juss.) Caul. ramosissimus. ♄

10. *rosmarinifolia*, fol. linearib. subtus punctatis, caul. ramosissimo. Hab. in Hispania. Herb. Juss. Rad. fusiformis. ♃

1042. ERIOSTEMON *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, sessilia. *Filam.* plana, ciliata. *Anth.* pedicellatæ terminales. *Stylus* e basi germinis. *Caps.* 5, nectario tuberculoso insidentes. *Sem.* arillata.

1. *australasium*, fol. lanceolatis subrugosis. Smith. in Act. soc. Linn. v. 4. Hab. in Australasia. ♄

2. *capense*, fol. ovato-linearibus, subtus glandulosis. Diosma uniflora. L. Vid. hujus operis, p. 247. Hab. ad Cap. b. sp. ♄

1043. CROWEA. *Cal.* 5-partitus. *Petal.* 5, sessilia. *Filam.* plana subulata, pilis connexa. *Anth.* filam. adnatæ. *Styl.* e basi germinis. *Caps.* 5, coalitæ. *Semina* arillata.

1. *saligna*, fol. lanceolatis glabris, flor. axillarib. rubris. Andrew Repos. t. 79. C. *saligna*, caul. ramisque triquetris glabris, fol. alternis lanceolatis integerrimis flor. solitariis axillaribus. Vent. Hort. Malmais. t. 7. Hab. in Australasia. ♄

1044. QUASSIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nect.* 5-phyllum. *Drupæ* 5; distantes, bivalves, monospermæ, receptaculo carnoso insertæ. (Flor. etiam monoici aut 5-andri.)

1. *amara*, flor. racemosis hermaphroditis, fol. impari-pinnatis; foliol. oppositis sessilibus, petiol. articulat. alato. Lin. suppl 235. Lam. ill. t. 343. f. 1. Hab. in Surinamo. Frutex nec arbor. W. Petiolus more citri alatus.

Obs. Lignum Quassiae venale non ex hoc frutice venit, sed ab excelsa, quae minus amara. Vid. Willd. l. c.

2. *Simaruba*, flor. paniculatis monoicis, fol. abrupte pinnatis, foliol. alternis subpetiolatis, petiolo nudo. Lin. suppl. 234. Lam. ill. t. 343. f. 2. Simarouba amara. Aubl. guj. 2. p. 859. t. 331, 332. Hab. in locis arenosis Amer. australioris. Cortice lactescens amarus. Panic. axillares amplae. Drupae ovatae, subnigrae, receptaculo carnoso lateraliter affixae.

3. *excelsa*, flor. polygamis pentandris paniculatis fol. impari-pinnatis, foliol. oppositis petiolatis, petiolo nudo. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 742. Hab. in submontosis Jamaicae et Caribaearum. ♄

1045. SIMABA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Filam.* basi dilatata, pilosa. *Caps.* 5, coriaceæ 1-spermæ, receptaculo carnoso insertæ.

1. *gujanensis*. Aubl. guj. 1. p. 400. t. 153. *Zwingera amara*. Willd. Sp. II. p. 569. Hab. in sylvis Gujanae. Frut. octopedalis. Folia alterna impari-pinnata. Pedunculi triflori, axillares. Flor. albidi. W.

1046. GOMPHIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Antheræ* subsessiles. *Drupæ* 2-5, monospermæ, receptaculo subrotundo, carnoso insertæ.

1. *angustifolia*, fol. lanceolat. extrorsum serratis, panicula terminali, petalis calyce longioribus. Vahl. symb. 2. p. 49. Willd. p. 570. Hab. in India orientali. ♄

2. *nitida*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis serratis, panicul. terminalib., calycib. corollae aequalibus. Vahl. symb. 2. p. 49. Hab. in sylvis Jamaicae. ♄

3. *jabotapita*, racemis terminalib., petalis calyce triplo longioribus, drupis receptaculo immersis, foliis ovato-lanceolatis serratis. Willd. Ochna jabotapita. L. Plum. amer. 42. ic. 158.

4. *laevigata*, fol. lanceolatis obtusissim. integerrimis emarginatis, panicula terminali. Vahl. l. c.

5. *laurifolia*, racem. terminalibus, drupis receptaculo superimpositis, fol. oblongis utrinque acuminatis integerrimis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 741. Hab. in montib. Jamaicae. ♄

1047. THRYALLIS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 3-cocca. *Sem.* mucronato-incurva.

1. *brasiliensis*. L. Maregr. bras. 97. f. 3. Hab. in Brasilia. Ramis articulatis. Fol. opposita, ovata. Stipulae setaceae. Flor. parvi lutei.

1048. **CODON.** *Cal.* 10-partitus. *Cor.* campanulata, 10-fida. *Caps.* bilocularis, polysperma.

1. *Royeni.* L. Hab. ad Cap. b. sp. Fol. alterna, ovato-cordata.

1049. **POTALIA.** *Cal.* turbinatus, 5-partitus. *Cor.* 1-petala, 10-fida. *Filam.* annulo nectarifero inserta. *Bacca* sexsulcata, 3-locularis, polysperma.

1. *amara.* Aubl. gujan. 1. p. 394. t. 151. Lam. ill. t. 348. Nicandra. Willd. II. p. 541. Hab. in Guian. sylv. Corymb. pauciflorus. Cor. alba. ♄

Hesperideae *Decandrae* (gen. 1050-1055).

1050. **LIMONIA.** *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* solitaria.

* *Spinosae.*

1. *monophylla*, fol. simplicib., spinis solitariis. L. Willd. p. 541. Roxb. Corom. 2. p. 59. t. 83. Hab. in India orientali. Folia oblonga-ovata. Pedunc. axillares. ♄

2. *trifoliata*, fol. ternatis spinis geminis. L. Jacq. ic. rar. t. 461. Collect. 3. p. 176. Andrew. t. 143. β inermis, foliis sessilibus. Willd. Sonnerat. it. p. 103. t. 63. Hab. in India orientali. Flor. trifidi.

3. *acidissima*, fol. pinnatis, petiolis alatis, spinis solitariis. L. Lam. enc. 3. p. 517. Rump. 2. t. 43. Hab. in India. ♄

4. *crenulata*, foliol. bijugis oppositis, petiol. alatis foliaceis. Roxb. l. c. Rheed. 4. p. 31. t. 14. Hab. in oris Coromandelicis. ♄

* * *Inermes.*

5. *lucida*, inermis, fol. simplicibus, pedunc. axillaribus. Forst. prod. n°. 191. Hab. in insula Mallicollo.

6. *mauritiana*, fol. subternatis, foliolis ovatis integris subacuminatis, panic. axillaribus. Lam. enc. 3. p. 517. Hab. in insula Mauritii. Habitus Rhois. ♄

7. *arborea*, fol. alternis quinatis, foliol. linearibus serratis laevibus. Roxb. l. c. Hab. in Coromandelia.

8. *pentaphylla*, inermis, fol. subquinatis, ovatis integris. Retz. obs. 5. p. 24. Roxb. l. c. p. 60. t. 84. Hab. in India. Racemi breves compositi. ♄

9. *madagascarensis*, fol. pinnatis, foliolis alternis subquaternis lanceolatis dentatis, panic. brevib. axillaribus. Lam. Hab. in Madagascar. Rhus refert.

10. *minuta*, inermis, fol. pinnatis, racemis corymbosis terminalibus. Forst. prodr. n°. 190. Cresc. in ins. Amicorum. ♄

1051. **FERONIA.** *Cal.* 5-partitus, planus. *Pet.* 5, oblonga. *Filam.* basi dilatata, villosa, disco hypogynio elevato inserta. *Bacca* corticosa, multilocularis: *locul.* carne spongiosa obvolutis.

1. *elephantum.* Roxb. corom. p. 21. t. 191. Correa in Act. Soc. Lin. 5. p. 224. Hab. in Indiae sylvis et montosis.

1052. **HEISTERIA.** *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Drupa* cal. colorato maximo.

1. *coccinea.* Jacq. amer. 126. t. 81. Ej. pict. p. 64. t. 122. Hab. in Martinicae sylv. ad torrentes.

1053. **MURRAYA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, campanulata. *Nect.* germen cingens. *Bacca* 1-sperma.

1. *exotica.* Murr. comment. goett. 9. p. 186. t. 1. Chalcas. Mant. p. 68. Burm. ind. p. 104. Lam. ill. t. 352. Rumph. 5. t. 18. f. 2. Hab. in India orientali. Fol. impari-pinnata. ♄

1054. **KOOKIA.** *Cal.* 5-dus, inferus. *Cor.* 5-petala, aequalis, infera. *Pomum* 5-loculare: loculis 1-spermis.

1. *punctata.* Willd. Sp. II. 558. Jacq. Schoenbr. 1. p. 53. t. 101. Lam. ill. t. 354. Hab. in China. Arb. ramul. petiolisque verrucoso-punctatis. Panic. divaricata. Fol. pinnata. ♄

1055. **BERGERA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Stigma* turbinatum. *Bacca* 2-sperma.

1. *Koenigii.* L. Roxb. Corom. 2. p. 9. t. 112. Rumph. 1. p. 149. t. 53. f. 1. Hab.

in India orientali. Arb. Fol. alterna, pinnatac. impari. Corymbi terminales.

1056. GÆRTNERA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, lacero-ciliata. *Filam.* basi sub cohærentia: unicum reliquis longius. *Samara* monosperma, quadrialata: alis inæqualibus.

1. *racemosa*. Roxb. Corom. 1. p. 19. t. 18. Molina racemosa. Cavan. Diss. 9. p. 435. t. 263. Lam. ill. t. 349. Hiptage Madablota. Gaert. sem. 2. p. 169. t. 116. Banisteria benghalensis. L. B. unicapsularis. Lam. enc. 1. p. 36. Hab. in Ind. orient. ♄

1057. TRIGONIA. *Cal.* 6-partitus. *Petala* 5, inæqualia: supremum basi intus foveolatum. *Nectarium* squamæ 2, ad basin germinis. *Filam.* quædam sterilia. *Caps.* leguminosa, trigona, 3-locularis, 3-valvis.

1. *villosa*, fol. obovatis subtus tomentosis. Vahl. Ecl. amer. 2. Aubl. gujan. p. 188. t. 149. Lam. ill. t. 347 Hab. in Cajenna.

2. *laevis*, fol. oblongis utrinque glabris nitidis. Vahl. l. c. Aubl. p. 390. t. 150. Hab. in Gujana.

Obs. Cum Vahlio rectius ad Monodelphiam referendum est hoc genus.

1058. ADENOSTEMUM. *Cor.* 6-petala. *Stamina* triplici serie, gradatim minora. *Glandulæ* 2 ad basim singuli filamenti. *Stigm.* 2-3. *Drupa* 1-locularis. *Nux* durissima, 2-3-locularis. *Nuclei* compressi.

1. *nitidum*, fol. oblongo-lanceolatis nitidis. Syst. veg. Flor. peruv. et chil. p. 108. Lucuma Kesle. Molin. hist. chil. p. 202. Hab. in R. Chil. nemorib. Arb. procera, semperflorens. Fol. resinosa et fruct. sapidissimi. Lignum ponderosum, venis pulcherrimis variegatum.

Obs. Auctores libri allegati hoc genus *Gomortegam* nuncuparunt in honorem *C. Ortegae*, ad quem vero planta quaedam jam a Linnaeo denominata extat.

1059. GODOVIA. *Cal.* 5-phyllus coloratus. *Nectar.* cilia in 5-series. *Anth.* poris geminis dehiscentes. *Caps.* 5-angularis. *Semina* imbricata, alata.

1. *obovata*, fol. obovatis crenatis. Godoya. Syst. veg. Flor Per. etc. p. 101. Cresc. in Peruv. nemorib. Arb. pulchra, 2-ulnaris, ligno durissimo.

2. *spathulata*, fol. spathulatis crenatis, floribus polyandris. L. c. p. 102. Arb. stamina 40 fere. Lignum variis utensilibus inservit. ♄

MELIACEÆ. (Gen. 1060-1066.) Dignoscuntur petalis 4-5, ungue latiusculo et stam. filamentis in urceolum, apice dentato-antheriferum (Necarium. L.) coalitis. Genera illa hinc potius Monodelpha. Stylo simplici. Fruct. est vel bacca aut capsularis, quae saepe valde grandescit, multilocularis. Fol. simplicia, aut composita, exstipulacea.

1060. TREMANTHUS. *Cal.* campanulatus, inferus. *Petala* revoluta, punctata. *Nect.* tubulosum. *Anth.* post dehiscentiam punctis setaceo-stellatis asperæ. *Drupa* obovata. (*Foveolaria.* Ruiz et Pavon. *Strigilia.* Cavan.)

1. *cordata*, fol. cordato-ovatis acutis (subtus helvolis), foveolis glanduliferis. Syst. veg. Flor. peruv. et chilens. p. 99. Sub Foveolaria uti sequentes. Hab. in Peruv. nemorib. Arb. procera.

2. *ovata*, fol. ovato-oblongis acuminatis glabris, foveol. minimis glanduliferis. Syst veg. l. c. p. 100. Cum priore. Arb. excelsa.

3. *oblonga*, fol. oblongis acuminatis glabris, racem. 1-2-nis erectis. Syst. veg. l. c. Arbor 30-ulnaris.

Obs. Fol. in tribus hisce speciebus foveol. glanduliferis sunt instructa.

4. *ferruginea*, fol. oblongis brevi-acuminatis subtus lanuginosis eglandulatis, racemis solitariis erectis. L. c. Hab. in nemoribus altis frigidis. Lanugo duplex, stellato-penisilliformis, exterior ferruginea decidua, interior alba.

Obs. Strigilia *racemosa*. Cav. diss. 7. p. 353. t. 201. Willd. Sp. II. p. 351, eadem ac ultima species videtur.

1061. QUIVISIA. *Cal.* 4-5-dentatus.

Cor. 4-5-petala. *Nectar.* cylindricum, truncatum. *Antheræ* margini nectarii insertæ. *Caps* 4-locularis : loculis submonospermis.

1. *racemosa*, *decandra*, fol. alternis oblongis integris utrinque attenuatis racemis axillaribus. Gilibertia decandra. Willd. Sp. II. p. 551. Decandra. Cavan. diss. 7. p. 367. t. 211. Hab. in insula Mauritii. ♄

2. *ovata*, fol. alternis obovatis obtusis integris, pedunculis unifloris axillaribus, fructibus tomentosis. Willd. Cavan. diss. 7. p. 368. t. 212. Hab. in ins. Borbonia. ♄

3. *heterophylla*, fol. ovatis integris aut sinuato-pinnatifidis, floribus axillarib. binis. Cav. l. c. t. 213. f. 1. 2. β *Quercifolia*. Cum priore.

4. *oppositifolia*, fol. oppositis ovatis integerrimis glabris, flor. axillarib., pedunc. trifloris. Cavan. diss. 7. p. 368. t. 214. Hab. in insula Mauritii. ♄

1062. TRICHILIA. *Cal.* sub-5-dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* dentatum, cylindricum, in apice dentium *Antheras* gerens. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis. *Semina* baccata.

1. *hirta*, fol. pinnatis, foliol. pauciorib. ellipticis acuminatis glabris, racemis confertis. Swartz. obs. p. 171. Willd. Sp. II. p. 552. Sloan. hist. 2. t. 220 f. 1. Hab. in Jamaica. ♄

2. *spondioides*, fol. impari-pinnatis subhirsutis; foliol. numerosis, inferiorib. majoribus, racemis axillaribus. Swartz Fl. ind. occid. 2. p. 730. Jacq. Schoenb. 1. p. 54. t. 102. Sloan. hist. 2. p. 103. t. 210. Cum priore. Hab. in sylvaticis montosis Amer. calidior. ♄

3. *emetica*, fol. pinnatis subtus villosis, foliol. ellipticis. Vahl. symb. 1. p. 31. Hab. in montib. Arabiae felicis. ♄

4. *glabra*, fol. pinnatis glabris, foliolis extimis majoribus. L. T. havanensis. Jacq. amer. 129. n°. 2. t. 175. f. 38. Hab. in Havanae sylvis montosis. ♄

5. *pallida*, fol. impari-pinnatis membranaceis, racemis axillaribus terminalibusque, flor. octandris, caps. bivalvibus. Sw. Fl. ind. occ. 2. p. 733. Portesia ovata. Cav. diss. 7. p. 369. t. 215. Lam. ill. t. 302. f. 1. Hab. in fruticetis montosis Hispaniolae. ♄

6. *capensis*, fol. impari-pinnatis margine undulatis, panic. axillaris. Ekebergia capensis. Thunb. Willd. Sp. II. p. 549. Lam. ill. t. 358. Hab. in Cap. bon. sp. ♄

7. *moschata*, fol. alternatim innatis, racemis axillaribus, florib subdecandris monopetalis, caps. monospermis. Swartz 2. l. c. p. 735. Hab. in Jam. borealis sylvis. ♄

8. *spectabilis*, fol. pinnatis, foliol. obovatis, racemis axillaribus compositis. Forst. prod. n.° 188. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

9. *alliacea*, fol. pinnatis, foliol. lanceolati. acutis, racemis axillaribus supradecompositis. Forst. prod. n°. 189. Hab. in insula Namoka. ♄

10. *heterophylla*, fol. pinnatis ternatisque, foliol. ovatis acuminatis, racemis axillaribus octandris. W. Portesia mucronata. Cavan. diss. 7. p. 370. t. 216. Lam. l. c. f. 2. Hab. in Madagascar. ♄

11. *trifoliata*, fol. ternatis, foliol. obovatis nitidis. Vahl. symb. 1. p. 31. Jacq. amer. 129. t. 82. Ed. pict. t. 123. Hab. in Amer. merid. ♄

12. *nervosa*, fol. ternatis, foliol. ovatis. Vahl. l. c. Hab. in Java. ♄

13 ? *spinosa*, fol. simplicibus ovatis emarginatis, ramis spinosis. Willd. p. 554. T. virens. Hellenius in Act. holm. 1788. p. 294. t. 10. f. 1. Hab. in India. Bacca trilocularis. Medium tenet inter Trichiliam et Limoniam. W.

1063. TURRÆA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5 *Nectar.* longum, cylindricum, ore inter dentes *antheras* gerens. *Caps.* 5-cocca. *Semina* bina.

1. *virens*, fol. elliptico-lanceolatis emarginatis glaberrimis, calycib. fructibusque sericeo-villosis. Willd. Sp. II. p. 555. Hab. in Ind. orientali. Arb. Flor. laterales, congesti in spicam minimam. An diversa a Quivisia decandra ? †

2. *pubescens*, fol. ovatis emarginatis subtus pubescentibus, calycibus villosis. Willd. Hellen. in Act. holm. 1788. p. 269. t. 10. f. 3. Hab. in ins. Hainam. Fructus ignotus. ♄

3. *maculata*, fol. ovatis acutis-glabris, calycib. ciliatis. Willd. Smith. ic. ined. 1. p. 11. t. 11. T. glabra. Cav. diss. 7. p. 360. t. 204. Hab. in Madagascar, cum 2 sequentibus. ♄

4. *sericea*, fol. ovatis obtusiuscul. utrinque tomentosis, calycib. peduncul. petalisque villosis. Willd. Smith. ic. ined. p. 12. t. 12. T. tomentosa. Cavan. l. c. p. 361. t. 205. f. 2.

5. *lanceolata*, fol. lanceolatis utrinque rotundatis glabris, laciniis calycinis longissimis lanceolatis. Willd. Cav. l. c. t. 205. f. 1.

1064. SANDORICUM. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectar.* cylindricum, truncatum, ore *antheras* gerens. *Drupa* magna, nucibus 5-freta.

1. *indicum.* Cav. diss. 7. p. 357. t. 202 et 203. Lam. enc. 3. p. 69. ill. t. 350. Hab. in Philippinis et Moluccis. Arb. centro rubro. Fol. ternata. Panic. axillaris. Affine Trichiliae nervosae. W. ♄

1065. SWIETENIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Nectar.* cylindricum, ore *antheras* gerens. *Caps.* 3-5-locularis, lignosa, magna, 3-5-valvis. *Sem.* imbricata, alata.

1. *Mahagoni*, fol. pinnatis subquadrijugis, foliol. ovato lanceolatis basi aequalibus, paniculis axillaribus. Willd. Sp. II. p. 557. Cavan. diss. 7. p. 365. t. 209. Jacq. amer. 127. Ed. pictat, etc. Catesb. car. 2. p. 81. t. 81. Hab. in Amer. meridionali, in petrosis. Caps. basi dehiscens. Arb. magna. cujus lignum est illud Mahagone, s. Acajou.

2. *febrifuga*, fol. pinnatis subquadrijugis, foliol. elliptico-subrotundis emarginatis, basi inaequalibus, panicula terminali divaricata. Willd Roxb. Corom. 1. p. 18. t. 17. In montibus Indiae orientalis. ♄

3. *Chloroxylon*, fol. pinnatis multijugis, foliol. dimidiato-cordatis obtusis, panicula terminali patenti. Willd. Roxb. l. c. 1. p. 46. t. 64. Hab. cum priore. Caps. apice dehiscens. R. ♄

4? *senegalensis*, octandra, fol. abrupte pinnatis subtrijugis, fructu quadrivalvi. Desrouss. in Enc. bot. 4. p. 679. Hab. in Senegal. Fruct. pomiformis, recept. centrali 4-gona. ♄

1066. MELIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectar.* cylindraceum, dentatum, fauce *antheras* gerens. *Drupa* nuce quinquelocular.

1. *Azedarach*, fol. bipinnatis, foliolis laevibus ovatis dentatis. Willd. p. 558. Cav. diss. 7. p. 363. t. 207. Lam. ill. t. 352. Hab. in Syria, Zeylona, et Eur. austr. Pulpa fructus venenata est.

2. *sempervirens*, fol. bipinnatis, foliol. rugosiusculis subseptenis. Swartz. Flor. 2. p. 737. Comm. hort. t. 176. Hab. ad sepes in Jamaica. Priore minor.

3. *composita* fol. pinnatis, foliol. infimis ternatis, flor. tomentosis. Willd. Sp. II. p. 559. Hab. in Ind. Ramul. nigricantes, juniores tomentosi. Fruct. ignotus. †

4. *Azadirachta*, fol. pinnatis. foliol. lanceolatis acuminatis subfalcatis. Cav. Desf 7. p. 364. t. 208. Burm. zeyl. t. 15. Rheed. 4. t. 52. Hab. in India. Arb. sempervirens. Flor. pallidi.

1067. MONOTROPA. *Cal.* 0. *Petala* 10, horum 5 exteriora basi excavato-mellifera. *Caps.* 5-valvis.

1. *Hypopithys*, florib. glabris lateralibus octandris. L. Flor. dan. t. 232. Hab. in sylvis, umbrosis, etiam in Amer., quae minor.

2. *lanuginosa*, caul. spicifloro, bract. floribusque lanuginosis. Mich. Flor. 1. p. 266. Hab. in sylv. Carol.

3. *Morisoni*, caul. elongato striato, 1-floro, squamis distantibus. Mich. l. c. Moris. s. 12. t. 16. f. 3. In Carol. sylv. umbrosis.

4. *uniflora*, maximo cernuo, squamis approximatis. Michaux. l. c. Catesb. car. 1. p. 36. t. 36. Hab. in Amer. boreali. Caul. crassus. ♃

1068. DIONÆA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 6. *Caps.* 1-locularis, gibba, polysperma.

1. *Muscipula.* L. Vent. Malmais. t. 29. Hab. in Carolinae uliginosis. Folia sunt sensibilia, ut dum insectum irrepat aut insideat folio, se claudant.

ONAGRÆ *Decandrae.* (Gen. 1069-1072.)

1069. JUSSIEUA. *Cal.* 4-5-partitus, superus, persistens, patens. *Pet.* 4-5, ovata, patentia. *Caps.* 4-5-locularis, oblonga, angulis dehiscens, cal. coronata. *Sem.* numerosa minuta, receptaculo angulato centrali adnexa. (Stam. 8-10.)

1. *grandiflora*, rad. repente, caul. erectis

pendulic. calycibusque villosis, fol. integerrimis inferiorib. spathulatis superiorib. lanceolatis, flor. decandris. Michaux. Flor. r. p. 267. Hab. in Georgiae paludosis. ♄

2. *repens*, caul. repente, fol. spathulatis, floribus pentapetalis decandris. L. Willd. Sp. II. p. 574. Lam. enc. 3. p. 330. Rheed. 2. t. 51. β *adscendens*. L. Mant. p. 69. Hab. in Indiae humidis. ♄

3. *inclinata*, erecta glabra, flor. 4-petalis octandris pedunculatis. Lin. suppl. p. 235. Hab. in America praesertim meridionali. Priori valde affinis.

4. *tenella*, glabra, flor. pentapetalis subsessilibus, fol. oppositis lineari-lanceolatis. Burm. ind. 103. t. 34. f. 2. Hab. in Java. ♃

5. *linearis*, fol. linearibus sessilibus hispidis, flor. tetrapetalis octandris. Willd. p. 575. Hab. in Guinea. Caul. erectus, ramos. Rami divaricati, pilis sparsis. Fol. longissima. Germen hispidum. W.

6. *linifolia*, fol. laciniisque calycinis lineari-lanceolatis glabris, flor. sessilibus octandris. Vahl. p. 32. Hab. in Amer. merid. Caul. inferne tetragonus. Rami alterni, subfiliformes, patentissimi. V.

7. *peruviana*, erecta, flor. pentapetalis, pedunc. bracteatis, fol. oblongis utrinque attenuatis subtus pubescentibus. Willd. Few. peruv. 716. t. 9. Hab. in Lima. Fol. emollientia.

8. *hirta*, erecta hirsuta, fol. lanceolatis attenuatis subtus hirtis, flor. pedunculatis octandris. Oenothera hirta. Plum. spec. 7. ic. 174. f. 2. Hab. in America calidiore. ♄

9. *octovalvis*, erecta, flor. tetrapetalis octandris pedunculatis, caps. multivalvibus, fol. lanceolatis. Swartz. obs. 142. J. *octonervia*. Lam. enc. 3. p. 332. Oenothera octovalvis. Lin. Hab. in Antill. Fructus 4-valvis non 8-valvis, sed striis 8 distinctus. Lam.

10. *angustifolia*, glabra, fol. alternis lineari-lanceolatis, flor. 4-petalis, caps. longiusculis pedunculatis. Lam. enc. 3. p. 331. Herba Vitiligium. Rumph. 6. t. 21. f. 1? Hab. in ins. Java et Molucc.

11. *caryophyllaea*, glabra, fol. lanceolatis, flor. 4-petalis, caps. brevibus subsessilibus Lam. l. c. Herm. lugd. 396. Rheed. 2. t. 4. β. Maderaspatana. Pluck. alm. 236. t. 203. f. 5. Hab. in India.

γ. *angustifolia*, cor. oblongo-ovalibus, fol. oblongo-lanceolatis. Ait. Kew. 2. p. 70. Hab. in Amer. boreali inque Sibiria. ♄

29. *anastomosans*, fol. ovatis subserratis, subtus anastomosibus punctatis. Lin. suppl. 237. Hab. in N. Granada. Caul. villosus. Fol. rigida, venosa.

30. *bracteata*, fol. ovato-acutis, racem. terminalibus bracteatis, caul. hirsuto. Cav. ic. 6. p. 42. t. 562. f. 1. Cum sequente in Amer. australi, in monte Chinborago. Flor. hirti.

* *glomerata*, fol. ovato-acutis, racem. axillaribus glomeratis, cor. glabris, bract. pedunc. longioribus. Cav. l. c. Auct. in dubio est, an eadem sit ac 29. species.

31. *eriophylla*, racem. secundis terminalibus bracteatis, cor. ovatis, fol. subrotundo-ovatis utrinque tomentosis, glandul. terminatis. Vandelli Flor. lusit. et Bras. Specim. Hab. in Brasiliae montosis.

1089. EPIGÆA. *Cal.* exterior 3-phyllus: interior 5-partitus. *Cor.* hypocrateriformis. *Caps.* 5-locularis: *Recept.* 5-partito.

1. *repens*, fol. cordato-ovatis integerrimis reticulatis, cor. cylindricis. Willd. p. 615. Andrew. Repos. t. 102. Lam. ill. t. 367. f. 1. Hab. in Virginiae, Canadae pinetis. Flor. fragrantes. ♄

2. *cordifolia*, fol. cordatis subrotundis serratis convexis hispidis rigidis, cor. ovatis. Swartz prod. 73. Fl. ind. occid. 2. p. 842. Lam. ill. t. 367. f. 2. Hab. in mont. Guadeloupae, inque Cajenna. ♄

1090. GAULTHERIA. *Cal.* exterior 2-phyllus: interior 5-fidus. *Cor.* ovata. *Nectar.* mucronibus 10. *Caps.* supera, 5-locularis, vestita calyce interiore baccata.

1. *procumbens*, fol. oblongo-ovatis mucronatis dentatis confertis, caule procumbente flexuoso glabro. Andrew. t. 116. Lam. ill. t. 367. Fol. Theae succedaneum. Hab. in Canadae sterilibus arenosis. ♄

2. *erecta*, fol. ovatis mucronatis, caul. erecto, flor. racemosis. Vent. Hort. Cels. p. 5. t. 5. Hab. in Peru. Viscoso-glandulosa. Fol. margine revoluta, subdenticulosa. ♄

3. *buxifolia*, fol. subrotundo-ovatis dentatis subtus punctato-scabris, pedunc. solitariis axillarib., ramis hirtis erectis. Willd. in N. act. soc. Berol. 4. Hab. in summo monte Caracas, cum 2 sequentibus.

4. *scabra*, fol. ovato-cordatis acutis dentatis scabris, racem. axillarib. bracteatis. Willd. l. c. Sempervirens. Cal. baccans ater. ♄

5. *odorata*, fol. obovatis obtusis serrulatis subtus punctato-scabris, racem. terminalib. bracteatis. Willd. l. c. Semperv. Fol. beneolentia. ♄

6. *antipoda*, fol. sparsis subrotundis serrato dentatis glabris, caule fruticoso diffuso, ramis pubescentibus. Forst. prod. n°. 196. Hab. in N. Zeelandia. ♄

1091. ARBUTUS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ovata, basi pellucida. *Bacca* supera, 5-locularis.

1. *Unedo*, caule arboreo, fol. glabris obtuse serratis, panicula terminali, baccis polyspermis. Lin. Lam. ill. t. 366. f. 1. Mill. dict. t. 48. f. 1. 2. β. *turbinata*, fructu turbinato. Tournef. Hab. in Europae australis et Orientis sylvis. ♄

2. *laurifolia*, arborea, fol. oblongis utrinque acuminatis acute serratis glabris, racem. axillarib. secundis sessilib. solitariis. Hab. in America septentrionali. Simillima A. Unedoni. ♄

3. *Andrachne*, caul. arboreo laevi, fol. glabris integerrimis serratisq., baccis polyspermis, panicul. nuda. Lam. enc. 1. p. 226. Ehret. act. angl. vol. 67. t. 6. Hab. in Oriente. Caul. epidermide denudatus. ♄

4. *integrifolia*, caul. arboreo, fol. ovatis integerrimis mucronatis, racem. terminalib. foliosis. Lam. enc. 1. p. 227. A. folio non serrato. Bauh. Tournef. Cor. 41. Andrachne veterum. Hab. in Candia, ad montem Ida. Ram. cortice deciduo demum denudati, ut in antecedente. † ♄

5. *ferruginea*, arborescens, fol. oblongis obtusis glabris integerrimis, racemis terminalibus. Hab. in America. Cor. magis elongata fere ut in Andromeda.

6. *acadiensis*, caul. procumbentibus, fol. ovatis subserratis, flor. sparsis, baccis polyspermis. L. Cfr. A. *lanceolata*. Lam. l. c. Hab. in Acadia. ♄

7. *alpina*, caul. procumbentibus, fol. rugosis serratis. L. Fl. dan. t. 83. Lightf. Scot. t. 11. f. a. b. Hab. in alpibus petrosis. Bac. 9-spermae.

8. *Uva ursi*, caul. procumbentibus, fol. integerrimis. L. Fl. lapp. t. 6. f. 3. Fl. dan. t. 33. Hab. in Europa frigida, Canada. Baccae 5-spermae. ♄

9. *mucronata*, caule fruticoso, fol. alternis ovatis serratis mucronatis, pedunc. axillaribus unifloris. Lam. ill. t. 366. f. 2. Hab. in Tierra del Fuego. Frut. rigidissimus. Flor. cernui. ♄

10. *pumila* (empetrifolia), caulib. diffusis, fol. alternis distichis oblongis integerrimis, flor. lateralibus solitariis. Lin. suppl. 239. *Andromeda empetrifolia*. Lam. Willd. p. 609. Cum priore. Forst. in Comm. goett. 9. p. 32. Fol. fere Empetri. ♄

11. *phyllireaefolia*, caul. ramosissimo, fol. lanceolatis acuminatis acute serratis, flor. axillaribus. Hab. in Peru. Herb. Juss. Fol. parvula. ♄

1092. CLETHRA. *Cal.* 5-partitus, persistens. *Petala* 5. *Stylus* apice 3-fidus, persistens. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, cal. cincta. (Flor. spicati.)

1. *scabra*, fol. latis obcordatis scabris, subtus villosis. Hab. in Amer. (Herb. Juss.)

2. *alnifolia*, fruticosa, fol. obovato-lanceolatis, racemis spiciformibus, calycib. acutis, bract. flor. brevioribus persistentibus. Ait. Kew. 2. p. 73. Lam. ill. t. 369. Duham. arb. 1. p. 176. t. 71. Hab. in Amer. boreali.

3. *incana*, fol. ovatis acuminatis, subtus incano-tomentosis. C. tomentosa. Lam. enc. 1. p. 46. C. alnifolia. β. pubescens. Ait. An tantum prioris var.?

4. *acuminata* (glauca), arborescens, fol. ovalib. aut basi cuneatis acuminatis serratis, subtus glaucis, spicis subsolitariis, bract. flor. longioribus deciduis. Michaux. Flor. 1. p. 260. Hab. in Carol. montib.

5. *paniculata*, fol. lanceolato-obovatis serratis glabris, panic. angustata bracteata. Willd. Ait. Kew. 2. p. 73. Cum priore. ♄

6. *arborea*, arborea, fol. oblongo-lanceolatis utrinque glabris serratis racem. spiciformibus, calycib. obtusis. Kew. 2. p. 73. Vent. Hort. Malmais. t. 40. Hab. in Madera. Frut. 6-8-pedalis.

7. *tinifolia*, arborea, fol. oblongo-lanceolatis integerrimis subtus incanis, racem. paniculatis spiciformib. tomentosis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 845. Tinus occidentalis. Lin. Brown. jam. 214. t. 21. f. 1. Sloan. hist. 2. t. 198. f. 2. Hab. in montib. Jamaic. australis. ♄

1093. CUELLARA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, aequalia. *Stylus* 3-gonus. *Caps.* trigona, 3-locularis. *Semina* imbricata, membranacea.

1. *revoluta*, fol. oblongis denticulatis, basi revolutis excavatis. Syst. veg. Flor. Per. et Chil. p. 103. Hab. in Peruv. nemorib. Arb.

2. *ferruginea*, fol. oblongis integerrimis acuminatis basi laeviter excavatis. l. c. Frutex crescens in montib. frigidis et nemorosis.

3. *obovata*, fol. obovatis rugosis denticulatis. Syst. l. c. p. 104. Arb. excelsa, ligno valde duro.

1094. PYROLA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 5-locularis, angulis dehiscens.

1. *rotundifolia*, fol. obovalibus, staminibus adscendentibus, pistillo declinato. L. Flor. dan. t. 110. Lam. ill. t. 367. f. 1. Hab. in sylvaticis.

2. *asarifolia*, fol. reniformibus, pistillo declinato. Michaux. Flor. 1. p. 251. Hab. in Amer. boreali. Scap. squamis convolutis.

3. *minor*, floribus racemosis dispersis, staminib. pistillisque rectis. L. Flor. dan. t. 55. Engl. bot. t. 158. Hab. in sylvaticis. Priore rarior.

4. *secunda*, racemo unilaterali, pistil. recto. Gmel. sib. 4. p. 129. t. 56. f. 2. Fl. dan. t. 402. Hab. in Europae bor. sylvis. ♄

5. *uniflora*, fol. suborbiculatis, scapo unifloro. L. Fl. dan. t. 8. Engl. bot. t. 146. Hab. in sylvis abietinis. Flor. odorati. ♄

6. *umbellata*, fol. lanceolatis, pedunculis subumbellatis. L. Lam. ill t. 367. f. 2. Hab. in Europae, Asiae et Amer. septentrionalis sylvis. ♄

7. *maculata*, fol. oppostis subpetiolatis, pedunc. bifloris. L. Pluk. mant. 157. t. 349. f. 4. Hab. in Amer. septentrion. sylvis. Fol. maculis albidiorib. picta. ♄

1095. STYRAX. *Cal.* campanulatus, subinteger, inferus. *Cor.* 5-7-partita: tubo brevi, cal. inserta. *Drupa* 1-2-sperma, coriacea. (*Stam.* 6-16, cor. tubo inserta. *Anth.* oblongae lineares.)

1. *officinale*, fol. ovatis subtus villosis,

racemis simplicibus folio brevioribus. Ait. Kew. 2. p. 75. Willd. Sp. II. p. 623. Cavan. Diss. 6. p. 338. t. 188. f. 2. Lam. ill. t. 369. Hab. in Syria, Judaea, Italia. ♄

2. *grandifolium*, fol. obovatis subtus villosis, pedunc. inferioribus axillaribus solitariis unifloris. Ait. Kew. 2. p. 75. S. officinale. Walt. carol. 140. Hab. in Carolina australi. ♄

3. *Benzoin*, fol. oblongis acuminatis subtus tomentosis, racemis compositis longitudine foliorum. Dryand. in Act. angl. 77. p. 308. t. 10. Hab. in Sumatra. Ex hac arbore resina Benzoin dicta. Willd. ♄

4. *laevigatum*, fol. oblongis utrinque glabris dentatis, pedunc. axillarib. unifloris solitariis binisve. Ait. Kew. 2. p. 75. S. glabrum. l. c. 188. f. 1. S. americana. Lam. enc. 1. p. 8. f. 5. Hab. in Carolina australi. Stam. 8. ♄

1096. INOCARPUS. *Cal.* bifidus. *Cor.* infundibuliformis, lacin. lineares. *Stam.* duplici serie. *Drupa* monosperma, maxima.

1. *edulis.* Lin. suppl. 239. Forst. N. gen. nº. 33. Lam. ill. t. 362. Rumph. 1. t. 65. Hab. in India. Arb. Fol. alterna subcordata. Spicae axillares, hirsutae. Flor. parvi, bracteis suffulti. L.

1097. SAMYDA. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.* nulla. *Nectar.* campanulatum, staminiferum. *Caps.* intus baccata, 4-valvis, 1-locularis. *Semina* nidulantia. (Stam. 8, 12 et plura.)

1. *nitida*, flor. octandris, fol. cordatis glabris. L. Willd. p. 624. Brown. jam. 217. t. 23. f. 3. Hab. in America. ♄

2. *macrophylla*, flor. octandris, fol. ovatis acutis glabris, axillis venarum subtus villosis, corymbo terminali. Willd. p. 625. Hab. in India orientali. Stigma pilosum. Fruct. ignotus. ♄

3. *multiflora*, flor. octandris, fol. oblongis dentatis utrinque attenuatis, subtus tomentosis, pedunc. unifloris aggregatis axillaribus. Willd. Cavan. ic. 1. p. 48. t. 67. Hab. in ins. St. Dominici. ♄

4. *villosa*, flor. decandris, fol. oblongis subserratis basi obliquis, sericeis, subtus villosis, pedunç. solitariis axillarib. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 758. Hab. in montibus Jamaicae. ♄

5. *glabrata*, flor. decandris, fol. ovato-lanceolatis integerrimis nitidis, pedunc. axillaribus unifloris. Swartz. l. c. 2. p. 760. Hab. in montib. Jamaic. australis. Cum S. nitida non confundenda. Sw. ♄

6. *spinescens*, flor. decandris terminalibus, fol. lanceolato-ovatis obtusis crenatis glabris, ramis patulis spinescentib. Swartz. l. c. 2. p. 762. Hab. in Hispaniola. ♄

7. *pubescens*, flor. dodecandris, foliis ovatis subtus tomentosis. L. Hab. in America. ♄ ✝

8. *serrulata*, flor. dodecandris, foliis ovato-oblongis serrulatis. L. Jacq. Collect. 2. p. 328. t. 17. f. 1. Plum. gen. 4. ic. 146. f. 2. Hab. in America. ♄

9. *polyandra*, flor. polyandris. Willd. p. 626. Melistaurum distichum. Forst. gen. nº. 72. Hab. in N. Caledonia. ♄ ✝

1098. CASEARIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Nectar.* 4-5-phyllum, cum staminibus alternans. *Caps.* intus baccata, 3-valvis, 1-locularis. *Sem.* nidulantia. (Stam. quibusdam 8.)

* *Flor. octandris.*

1. *spinosa*, flor. octandris, fol. ovatis serratis glabris, pedunc. axillarib. unifloris, ramis spinosis. Willd. Sp. II. p. 626. Hab. in montosis Domingo. ♄

2. *nitida*, flor. octandris, fol. ovatis crenatis glabris, cymis pedunculatis axillarib. Willd. Jacq. amer. ed. picta. Act. helv. 8. p. 58. t. f. 4. Hab. in Carthagensa fruticetis. ♄

3. *ramiflora*, flor. octandris, fol. ellipticis serratis utrinque glabris, ramis floriferis. Iroucana gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 329. t. 127. Lam. ill. Athenaea. Schreb. Hab. in ins. St. Crucis, et ad littora maris Gujaniae, Cajennae. ♄

4. *hirta*, flor. octandris, fol. ovatis serratis subtus hirtis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 756. Hab. in pascuis sylvaticis Jamaicae. ♄

** *Flor. decandris.*

5. *parviflora*, flor. decandris, fol. oblongis acuminatis crenulatis utrinque glabris nitidis, pedunc. confertis axillarib. unifloris. Willd. p. 627. Samyda parviflora. L. Sloan. hist. 2. p. 108. t. 211. f. 2. Hab. in fruticetis Amer. calidioris. ♄

6. *parvifolia*, flor. decandris, fol. ovatis acuminatis serratis glabris, pedunc. unifloris aggregatis lateralibus. Willd. C. decandra. Jacq. amer. 133. t. 85. Hab. in montib. sylvaticis Martinicae. Divers. a praecedente. ♄

7. *sylvestris*, flor. decandris, fol. ovatis acuminatis integerrimis, ramis virgatis, pedunc. axillaribus confertissimis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 752. Hab. in sylvis montosis Indiae occidentalis. ♄

8. *macrophylla*, flor. decandris subtomentosis, fol. elliptic. acuminatis subcrenatis. Pitumba gujanens. Aubl. guj. 2. app. 29. t. 385. Hab. in Cajenna. Rami griseo punctati. ♄

9. *serrulata*, flor. decandris, fol. ovato-lanceolatis obtusis serrulatis, ramul. flexuosis, pedunc. axillaribus confertissimis. Sw. Fl. ind. occid. 2. p. 754. Hab. in Indiae occidentalis insula Nevis. ♄

10. *elliptica*, flor. decandris, fol. elliptico-lanceolatis obtusis subserratis, juniorib. subtus pubescentibus, pedunc. axillaribus confertis. Willd. Anavinga lanceolata. Lam. enc. 1. p. 146. Ejusd. ill. gen. t. 355. f. 1. Hab. in India orientali. ♄

11. *Anavinga*, fol. alternis ovatis acuminatis serrulatis, baccis globosis pedunculo aequalib. Lam. l. c. sub Anavinga. Rheed. 4. t. 49. Hab. in India orientali. Flores octandri? ♄

12. *hirsuta*, flor. decandris, fol. ovatis acuminatis dentato-serratis hirtis, subtus villosis, pedunc. lateralibus confertis. Sw. Fl. ind. occid. 2. p. 755. Hab. in montibus Jamaicae et Hispaniolae. ♄

1099. CRATERIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Nectarium* crateriforme, setis 10, distinctum hirtis coronatum, et cui stamina, alterna breviora, inserta. *Stigmata* 3. Fruct...? (Pericarp. 1-loculare? exsuccum?)

1. *fasciculata*, fol. oblongis serratis acuminatis, flor. fasciculatis. *Chaetocrater.* Syst. veg. Flor. Peruv. et Chilens. p. 106-107. Hab. in Peru in Chinchao. Arb. 4-orgyalis. Fol. subamara, col. ochraceum suppeditat.

2. *capitata*, fol. oblongis serratis acuminatis, flor. capitatis. Chaetocrater capitatum. l. c. p. 109. Cum priore. Arb. triorgyalis.

Obs. A priore genere praesertim nectario, quod in hoc setis decem, nec laciniis 5-ovatis uti in *Casearia* distinguitur, forte et fructu differt, qui nondum observatus.

1100. AQUILARIA. *Cal.* campanulatus. 5-fidus. *Cor.* o. *Nectar.* campanulatum, 5-fidum, interne staminiferum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis, lignosa. *Sem.* solitaria.

1. *ovata.* Cavan. diss. 7. p. 377. t. 224. A. malacensis. Lam. enc. 1. p. 49. * 2. p. 603. Ej. ill. gen. t. 356. Hab. in montibus Malaccae. ♄

1101. AUGEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Nectar.* 10-dentatum. *Caps.* 10-locularis.

1. *capensis.* Thunb. prod. 80. Hab. ad Cap. b. spei.

ELAEAGNEI, *decandri* (Gen. 1102-1105.) Flor. sunt incompleti. Cal. tubulosus, superus, cui stamina inserta. Styl. 1. Fruct. baccatus, aut drupaceus 1-spermus. Frutices vel arbores sunt, fol. plerumque alternis.

1102. BUCIDA. *Cal.* 5-dentatus, superus. *Cor.* o. *Bacca* 1-sperma, coronata.

1. *Buceras*, spicis elongatis, fol. cuneiformib. glabris. Vahl. eclog. 1. p. 50. Lam. ill. t. 356. Hab. in Jamaica. Fruct. saepe in cornua longa spongiosa excrescunt. ♄

2. *capitata*, flor. capitato-spicatis, fol. cuneiformib. margine villoso-ciliatis. Vahl. eclog. 1. p. 50. t. 8. Hab. in Montserrat. ♄

1103. TERMINALIA. *Cal.* 5-fidus, intus villosus, patens. *Cor.* o. *Drupa* infera, compressa, carinata, 1-sperma. (Flor. racemosi.)

1. *Catappa*, fol. obovatis crenulatis subtus tomentosis. Lam. enc. 1. p. 348. Rheede. 4. t. 3. et 4. Hab. in Malabaria. Arb. procera, pyramidalis.

2. *molaccana*, fol. obovatis integerrimis utrinque glabris. Lam. l. c. p. 349. Catappa. Rumph. 1. t. 68. Hab. in Moluccis, Java. Arb. praecedenti affinis.

3. *mauritiana*, fol. oblongo-lanceolatis obsolete crenatis glabris, stam. calyce longioribus. Lam. l. c. Hab. in ins. Mauritii et Borboniae, ubi inter arbor. maxima, et resinosa. Commers. *Le faux Benjoin* incolis.

4. *Benzoe*, fol. angusto-lanceolatis subrepandis pilosis sanguineo-venosis. Lam.

l. c. T. angustifolia. Jacq. hort. vind. 3. t. 100. Croton Benzoe. Lin. Hab. in Ind. orientali. Arbusc. succum lacteum stillans, et resinam Benzoin sistens.

5? *Vernix*, fol. lanceolato-linearibus glabris. Lam. p. 350. Rumph. caul. 2. p. 259. t. 86. Hab. in montosis Chinae, Molluc. Ex hac vernix Chinensium.

6. *Chebula*, fol. ovatis integerrimis nudis, petiol. superne biglandulosis. Retz. obs. 5. p. 31. Hab. in Ind. montibus. Pedunc. racemosi, flor. verticillatis.

7. *arbuscula*, fol. ovato-lanceolatis integris pubescentibus, ramis dichotomis, racemis erectis. Swartz. prodr. p. 68. Hab. in Amer. meridion.

1104. CHUNCHOA. *Cal.* 5-fidus, campanulatus, superus, deciduus. *Cor.* 0. *Drupa* 1-sperma, inæqualiter alata. (Cfr. Juss. gen. pl.)

1. *obovata*, fol. obovatis acuminatis, spicis pendulis, caps. 5-alatis. *Gimbernatia* obovata. Flor. Per. et Chil. Syst. p. 274. Hab. in Peruviae nemorib. Arb. 40-ulnaris, ligno durissimo.

2. *oblonga*, fol. oblongis, spicis congestis, caps. dipteris. *Gimb.* oblonga. Flor. Per. etc. p. 375. Cresc. in Poguzo nemorib.

1105. TANIBUCA. *Cal.* urceolatus, 5-fidus, basi 1-bracteatus. Fruct. compressus orbicularis, alatus?

1. *gujanensis*. Aubl. gujan. t. 128. Juss. gen. pl. Arb. Flor. spicato-racemosi. (Vidi fructum, in Herb. ill. Juss., satis magnum, orbicularem.)

DIGYNIA.

1106. ROYENA. *Cal.* urceolatus. *Cor.* 1-petala, limbo revoluto. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis.

1. *lucida*, fol. ovatis scabriusculis. L. Willd. Sp. II. p. 631. Lam. ill. t. 370. f. 1. Hab. ad Cap. b. spei, cum sequentibus. ♄

2. *villosa*, fol. cordatis oblongis subtus tomentosis. L. Rami villosi.

3. *pallens*. fol. oblongo-obovatis obtusis glabris. Willd.

4. *glabra*, foliis lanceolatis glabris. L. Comm. hort. 1. p. 125. t. 65.

5. *cuneata*, fol. subcuneato-oblongis pubescentibus enerviis, caul. subvilloso. Lam. enc. 6. p. 322. Hab. in India? Flor. solitarii. Cal. albidus. Cor. purpurea.

6. *hirsuta*, fol. oblongo-lanceolatis villosiusculis. Willd. Lam. ill. l. c. f. 2. Jacq. coll. suppl. 110. t. 13. f. 1. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

7. *polyandra*, fol. ellipticis, flor. polyandris polygamis. Lin. suppl. 240.

β. *ambigua*, fol. obovatis villosiusculis coriaceis, flor. pedunculatis polyandris polyginis, cor. 6-7-fidae lacin. obtusis. Vent. Malmais. t. 17. Flor. fulvi, lacin. reflexi.

8. *angustifolia*, fol. lanceolatis acutis subtus pilosiusculis. Willd. Cum priorib.

1107. HYDRANGEA. *Cal.* superus, 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 2-locularis, 2-rostris, foramine inter cornua dehiscens.

1. *vulgaris*, (*arborescens*. L.) fol. ovatis glabris, staminib. alternis longioribus, flor. conformibus. Smith. ic. pictae. 1. p. 12. Lam. ill. t. 370. f. 1. H. vulgaris. Michaux. Flor. 1. p. 268. Hab. in Virginia et Carolina. Nullatenus arborescit.

2. *nivea*, fol. cordatis, subtus niveo-tomentosis, flor. radiatis. Michaux. l. c. H. *radiata*. Willd. p. 634. Lam. l. c. f. 2. Cum priore.

1108. CUNONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* bilocularis, acuminata, polysperma. *Styli* flore longiores.

1. *capensis*. L. Lam. ill. t. 371. Burm. afr. 259. t. 96. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. opposita, pinnata. Racemi terminales, bini. ♄

1109. TRIANTHEMA. *Cal.* sub apice mucronatus. *Cor.* 0. *Stam.* 5 s. 10-12. *Styli* 1-2. *Germen* retusum. *Caps.* circumscissa, 2-locularis: loculis 2-spermis. (Flor. axillares.)

1. *monogyna*, flor. pentandris monogynis. L. Lam. ill. t. 375. f. 1. Herm. par. 213. t. 213. Hab. in Jamaica, Curassao. ⊙

2. *crystallina*, flor. pentandris monogynis congestis, fol. ovalibus, caule fruticoso. Papularia. Forsk. descr. 69. Hab. in Arabia et in India orientali. ♄

3. *pentandra*, flor. pentandris digynis. L. Lam. ill. t. c. f. 2. Hab. in Arabia. Fol. petiolata, elliptica. Flores plures. ⊙

4. *humifusa*, monogyna, fol. lanceolatis, caule frutescente tereti. Thunb. prod. 80. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

5. *anceps*, monogyna, fol. lanceolatis, caule frutescente ancipiti. Thunb. prod. 80. Cum priore.

6. *decandra* (*glinoides*), flor. sub decandris digynis. L. Zaleia. Burm. ind. 110. t. 31. f. 3. Hab. in India. Statura Glini. Filam. 10, rarius 1. Fruct. in congeneribus.

1110. CHRYSOSPLENIUM. *Cal.* 4-s. 5-fidus, coloratus. *Cor.* 0. *Caps.* birostris, 1-locularis, polysperma. (Flor. laterales 8-andri.)

1. *alternifolium*, fol. alternis. L. Flor. dan. t. 366. Hab. in opacis humentibus, sylvis. Vere.

2. *oppositifolium*, fol. oppositis. L. Flor. dan. t. 365. Hab. ad rivulos in montosis.

1111. SAXIFRAGA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 2-rostris, 1-locularis, polysperma.

* *Fol. indivisis radicalibus, caule subnudo.*

1. *pyramidalis*, fol. radicalibus rosulatis lingulatis latiorib. obovatis serratis patulis, panic. composita recta. Lapeyrouse. Flor. d. Pyrenées. (Saxifr.) 1. p. 32. t. 11. f. 2. S. *Cotyledon?* L. Willd. Sp. II. p. 638. Flor. dan. t. 241. Lam. ill. t. 372. f. 3. Hab. in alpibus.

2. *recta*, fol. radicalib. rosulatis strictis glaucis supinis: inciseris cartilagineo-argenteis, panic. simplici. Lapeyr. l. c. p. 33. Moris. s. 12. t. 9. f. 19. fig. mala. Pluck. Phytog. t. 221. f. 1. Hab. in rupium fissuris.

3. *Aizoon*, fol. radicalib. rosulatis cartilagineo-serratis brevibus rotundatis verticalibus, flor. cymosis. Lapeyr. p. 33-34. Jacq. austr. 5. t. 438. Smel. ic. t. 1310. Hab. cum praecedentibus. Cal. glaber.

4. *longifolia*, fol. radicalibus rosulatis lineari-sublanceolatis integris longissimis, basi subteretibus, caul. paniculato nutante. Lapeyr. p. 26. t. 11. Hab. in Pyrenaeis, ad praecipitia. Caul. 1-3-pedalis, multiflorus. Petal. alba punct. purpureis.

Obs. Quatuor hae species sub S. Cotyledone L. olim confundi sunt.

5. *mutata*, fol. radicalibus aggregatis lingulatis margine cartilagineis repandis, caul. racemoso folioso, cal. cil. glanduloso-pilosis, petalis lineari-lanceolatis. Willd. Jacq. ic. rar. 3. t. 466. Curt. mag. 351. Hab. in alpibus. Fol. basi ciliato-plumosa. Lapeyr. S. Cotyledoni affinis, sed flores quadruplo majores, crocei nec albi. W.

6. *caliciflora*, fol. radicalibus rosulatis ligulatis integerrimis, petal. staminibusque intra cal. clausis. Lapeyr. l. c. p. 28. t. 12. Hab. in Pyren. saxis calcareis. S. *media*. Gouan. obs. p. 27. altitud. 3-5-uncìali. Petal. rosea rotundata, cal. breviora. L.

7. *Aretioides*, fol. radicalibus rosulatis integris, flor. capitatis, petal. linearib. obtusis crenulatis. Lapeyr. l. c. Cresc. in rupum fissuris. Caul. 1-2-unc. Petal. flava. Facia Aretiae. An huc S. Aizoides? L.

8. *luteopurpurea*, fol. radicalibus rosulatis integris, flor. paniculatis, cal. campanulato, petal. integris conniventibus. Lapeyr. p. 29. Hab. in saxis calcareis. Petala lutea. Cal. purpurasc. Non est hybrida.

9. *pensylvanica*, fol. lanceolatis denticulatis, caule nudo paniculato, flor. subcapitatis. L. Hab. in Amer. boreali. Fol., caulis pilis articulatis tecta.

10. *hieracifolia*, fol. oblongo-lanceolatis glabris repando-dentatis, caule nudo, pedunculis unifloris aggregatis. Willd. p. 641. Waldst. et Kitaib. Plantae rar. Hungar. f. 17. t. 18. Hab. in alpib. Carpathicis, loc. uliginosis. Simillima praecedent. Fol. tenuissima ciliata, pilis brevibus articulatis. Cal. et cor. flava patentissima. W.

11. *androsacea*, fol. lanceolatis obtusis pilosis, caule nudo bifloro. L. Jacq. aust. t. 389. S. alpina, habitu androsaces, villosa. Hall. Hab. in alpibus. ♃

12. *caesia*, fol. linearibus perforato-punctatis aggregatis recurvatis, caul. multifloro. Jacq. austr. 1. 374. Scop. carn. t. 15. S. recurvifolia. Lapeyr. l. c. p. 30. Hab. in alpibus. Fol. basi ciliata.

13. *burseriana*, fol. aggregatis imbricatis triquetris subulatis laevibus (glabris), caule subnudo unifloro. L. W. in Jacq. misc. 1. p. 152. t. 17. Segu. ver. 3. p. 201. t. 5. f. 2. Hab. in Taurero Rastadiensi, montib. Leisanensibus. Facies Sedi minoris. Caul. rufescenti-hispidus. Fl. lactei, lineis pallidis. L.

β. *spinosa*. R *Burseriana*, fol. rosulatis imbricatis spinoso-ciliatis triquetris, flor. fastigiatis, petal. crispo-reflexis. Lapeyr. p. 35. t. 17. f. 1. Rarissime in Pyreneis.

14. *tenella*, fol. lanceolatis mucronatis basi ciliatis imbricatis, caule nudiusculo paucifloro, calycibus mucronatis. Willd. p. 643. Wulfen in Jacq. Collect. 3. p. 144. t. 17. Hab. in Carinthiae alpibus. ♄

Obs. Accedit ad sequentem sed flor. quadruplo minores, cal. mucronatus et germ. inferum glanduloso-pilosum. Willd.

15. *bryoides*, fol. lanceolatis mucronatis margine cartilagineis ciliatis, caul. nudiusculo paucifloro, calycibus obtusis. Willd. Jacq. misc. 2. p. 49. t. 5. f. 1. Lapeyr. saxifr. p. 35. t. 8. Hab. in alpibus. Petala flava, maculis fulvis.

16. *sedoides*, fol. aggregatis alternis oppositisque sublanceolatis, flore pedunculato. L. Jacq. misc. 2. p. 134. t. 21. f. 22. S. muscoides. Allion. ped. n°. 1528. t. 61. f. 2. Hab. in alpib. Tridentinis, Carinthiacis. ♄

17. *stellaris*, fol. subrhomboideis serratis, caule nudo ramoso, petal. aequalib. acuminatis. L. Jacq. Coll. 1. p. 202. t. 13. Comosa, panicula foliacea. Fl. lapp. 175. t. 2. f. 3. Hab. in montosis alpibus ad latera rivulorum.

18. *leucanthemifolia*, hirsutissima, fol. elongatospathulatis, acute dentatis, caulib. divaricato-dichotomis, panic. capillaribus. petal. inaequalib. Michaux. Flor 1. p. 268. Lapey. Saxifr. p. 49. t. 13. *S. Clusii.* Gouan. Hab. in Carol. alpibus et in Pyrenaeis. Cal. reflexus.

19. *virginica*, pubens, fol. ovalib. obtusis subpetiolatis crenatis, caul. subnudo paniculato, cal. erectis. Michaux. p. 269. Pluck. t. 222. f. 5. Hab. in Amer. bor. Facie Stellaris. Affin. S. punctatae.

20. *crassifolia*, fol. ovalibus retusis obsolete serratis petiolatis, caule nudo, panic. conglomerata. Linn. dec. 2. p. 27. t. 14. Gmel. sib. p. 166. t. 66. Hab. in alpibus Sibiriae. Fol. bina, palmaria, coriacea. Petala rubra. Flor. vere.

21. *nivalis*, fol. obovatis crenetis subsessilibus, caule nudo, floribus congestis. L. Flor. dan. t. 28. t. 12. Hab. in summis alpibus Spitzbergensibus, Lapponicis, Arvonicis, inque Virginia, Canada.

22. *Bellardi*, acaulis, fol. subrotundis repandis, flore sessili. Willd. Allion. ped. n°. 1536. t. 88. Hab. in rupib. humidis Pedemontanis. ♄

23. *davurica*, fol. cuneiformi-rhombeis apice dentatis glabris petiolatis, caule nudo. Willd. Hab. in summis alpibus Davuriae, sub nive. ♄

24. *sarmentosa*, fol. subrotundis dentatis pilosis, stolonib. reptantibus, petalis duobus elongatis. Ait. Kew. 2. p. 79. S. *stolonifera*. Jacq. ic. rar. 1. t. 80. Hab. in China, Japonia. Sarmenta ramosa e singulis fol. radicalium, alis copiosa radicantia propaginibus. ♄

25. *punctata*, fol. subrotundis dentatis longius petiolatis, caule nudo. L. Moris. hist. 3. p. 478. s. 12. t. 9. f. 17. Hab. in Sibiria. ♄

26. *umbrosa*, fol. obovatis subretusis cartilagineo-crenatis, petiol. dilatatis, caule nudo paniculato. L. Mill. ic. 141. f. 2. Lapeyr. l. c. p. 44. t. 16. Hab. in montib. apud Cantanbros et in Pyrenaeis. Flor. inferi, albi aut rosei, punctati. Caps. ampullaceae. Lap.

27. *hirsuta*, fol. cordato-ovalibus retusis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. L. Hab. in Pyrenaeis. Cal. reflexus.

28. *cuneifolia*, fol. cuneiformibus obtusissimis repandis, caule nudo paniculato fragili. L. Plant. rar. hong. p. 43. t. 44. Lapeyr. Saxifr. p. 55. Hab. in alpib. Petiol. cartilaginei. Cal. reflexus. Petal. candida, basi macula flava. Stam. per paria eriguntur, et anth. stigmatib. applicant, polline emisso divaricantur. Pl. l. c.

29. *Geum*, fol. reniformibus dentatis utrinque pilosis aveniis, caule nudo paniculato. L. Lapeyr. p. 46. t. 14. Moris. f. 12. t. 9. f. 12. fig. mala. Hab. in alpibus. Cal. reflexus.

** *Fol. indivisis, caul. folioso.*

30. *caerulea* (*oppositifolia.* L.) fol. confertis ovatis ciliatis oppositis (subalternisque) staminibus pistillisque cor. brevioribus. Lapeyr. Saxifr. p. 36. t. 16. Flor. dan. t. 34. (mediocr.) Hab. in alpib. super saxa, prope nives et gelu. In surculis sterilibus fol. alterna etiam vidi.

31. *biflora* (*rosea*), fol. obovatis omnib. oppositis distantibus, cor. pistillisque cal. duplo superantibus. Lapeyr. l. c. p. 37. t. 18. Allioni pedem. 2. t. 21. f. 1. Willd. p. 648. Cum priore. Flor. 1-3, rosei.

32. *retusa*, fol. imbricatis acutis trigonis basi ciliatis, pistil. staminibusque exsertis.

Lapeyr. p. 38. t. 18. Gouan. Obs. t. 18. f. 1. S. purpurea. Allioni. l. c. t. 21. f. 2. Hab. in Pyreneis et alp. pedem. Petala dilute violacea.

33. *spathulata*, fol. spathulatis obtusis ciliatis, caul. prostrato, pedicell. axillarib. unifloris. Desf. atl. 1. p. 342. t. 96. f. 2. Hab. in cacum. Atlantis. Cal. ciliatus. Cor. alba, obovata.

34. *aspera*, fol. caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caulib. procumbentibus. L. Jacq. aust. 5. p. 44. app. t. 31. Hab. in alpib. Petala albida ungue luteo. ♃

35. *Hirculus*, fol caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. L. Flor. dan. t. 200. Gmel. sib. 4. t. 65. f. 3. Hirculus qui Chamae Cisti genus. Clus. cur. 5. Hab. in alpestribus.

36. *autumnalis*, fol. caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis. L. S. Aizoides. L. Smith. brit. 2. p. 432. Hab. in humentibus Borussiae, Angliae, Helvetiae. ♃

37. *rotundifolia*, fol. caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caule paniculato. L. Lapeyr. p. 50. t. 26. Hab. in alpib. et montosis ad latera rivulorum. Flor. inferi.

*** *Fol. lobatis aut partitis.*

38. *granulata*, fol. caulinis reniformib. lobatis, caule ramoso, radice granulata. L. Flor. dan. t. 514. Hab. in Europae apricis. Var. flor. plenis, culta. ♃

39. *bulbifera*, fol. palmato-lobatis: caulinis sessilibus, caule ramoso bulbifero. L. Fl. dan. t. 390. Moris. s. 12. t. 9. f. 24. Hab. in Italiae pratis saxosis, inque Norvegia.

* *veronicaefolia*, fol. inferioribus subrosulatis cordatis crenatis, petiol. breviusculis dilatatis, caulin. sessilib. inciso-dentatis acutis, cauleque simplicissimo subvilloso, flor. 2-3-subcapitatis. Hab. in Hisp. et Helv. Rad. subtuberosa. Veron. arvens. refert.

40. *cernua*, fol. caulinis palmatis petiolatis, caule simplicissimo unifloro bulbifero. Flor. dan. t. 22? Fl. lapp. 172. t. 2. f. 4. Hab. in alpibus Lapponicis.

β? *retusa*, petal. retusis. Smith. Brit. 2. p. 453. Engl. bot. t. 664. An ob petala diversa?

41. *rivularis*, fol. caulinis palmatis: summo florali ovato, caule simplici subbifloro. L. Flor. dan. t. 118. Hab. ad alpium Lapponicarum latera et rivulos. Parvula. ⊙

42. *Cymbalaria*, fol. caulinis cordatis trilobis integrisque, caulib. procumbentibus. L. Buxb. cent. 2. p. 40. t. 45. f. 2. Tournef. Cor. 18. t. 32. Hab. in Oriente.

43. *hederacea*, fol. caulinis ovatis lobatis, caule filiformi flaccido. L. Hab. in Creta. ⊙

44. *orientalis*, fol. subrotundis quinquelobis, caule ramosissimo procumbente. Willd. Jacq. obs. 2. p. 9. t. 34. Habit. in Oriente. An satis distincta a S. hederacea? W.

45. *cuneata*, fol. inferioribus petiolatis cuneiformibus quinquelobis, caulinis sessilibus lanceolatis, caule adscendente paniculato. Willd. p. 658. Cav. ic. 3. p. 25. t. 248. Hab. in Hispania. Petioli longi.

46. *pentadactylis*, fol. quinquelobis: lobis elongatis linearib. obtusis, stylis subulatis. Lapeyr. Fl. p. 64. t. 40. Hab. in Pyrenaeis ad saxa umbrosa. Pl. duriuscula.

47. *ladaniflora*, fol. multilobis integris, petiol. compressis amplexicaulibus, flor. tubulosis, cal. conicis. Lapeyr. p. 65. S. quinquefida. Lam. Hab. in Pyrenaeis. Tota planta gummi rubescente aromatico obtecta.

β. *minor*, fol. omnibus trifidis, scapo nudo simplici, flor. capitatis.

48. *palmata*, fol. palmatis enerviis glandulosis, petiol. basi marginatis, flor. tubulosis. Lapeyr. p. 64. t. 41. Cum priorib. ad praecipitia, locis humentibus. Priori affinis sed multo minor. Gland. argenteo-lucidae.

49. *geranioides*, fol. radicalib. reniformibus quinquelobis multifidis, petiol. simplicibus, flor. tubulosis, cal. urceolatis. Lapeyr. p. 66. t. 43. Gouan. obs. t. 18. f. 2. Hab. in alpinis ad saxa humida, ubi cespitem latum efficit.

Obs. Var. scapo simplici nudo, flor. capitatis, et fol. laevissimis, etiam viscosa et odorata ac rigidior occurrit. Lap.

50. *ajugaefolia*, fol. radicalibus palmato-tri-quinquepartitis, caulinis linearib. indivisis, caulib. adscendentibus multifloris. L. S. scapis lateralibus adscendentib. subbifloris. Lapeyr. p. 56. t. 31. Hab. in Galloprovinciae montibus, et in Pyrenaeis. Scap. 1-2-unc. rubescens. Fol. parva, lacin. lanceolata.

51. *sibirica*, fol. reniformibus palmatis pilosis, caule pedunculisque filiformibus. L. Hab. in Sibiria. Flos majusculus, albus, inferus.

52. *petraea*, fol. petiolatis palmato-tripartitis, laciniis subtrifidis, caule flaccido ramosissimo decumbente, pedunc. longissimis unifloris, petalis marginatis. Wulfen in Jacq. Coll. 1. p. 200. Jacq. ic. rar. 1. t. 81. *S. rupestris*. Willd. p. 653. Hab. in Carinthiae alpibus. ⊙

53. *Tridactylites* (*annua*), fol. caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso. L. Curt. Lond. 2. t. 28. S. *annua*. Lapeyr. p. 39. Hab. in arenosis ad muros. Primo vere. Quoad loca variat. ⊙

54. *adscendens*, caul. erecto firmo foliisque subcoriaceis cuneiformibus, apice tri aut quinquedentatis villoso-viscidis. Wulf. in Jacq. Collect. 1. p. 197. t. 11. et 12. f. 1. 2. Lapeyr. Flor. p. 48. t. 11. S. petrosa. Vahl. Willd. p. 64. S. Scopolii. Villars pr. Hab. in alpibus. Affinis S. tridactyliti, etiam viscida, sed caulis ramosissimus. Fol. lata, palmata. Cor. quadruplo majores. C.

55. *aquatica*, fol. palmato-quinque-partitis, lobis multifidis, caul. paniculato, flor. majoribus, pistill. clavatis. Lapeyr. p. 53. t. 28. S. *adscendens*. Willd. p. 655. S. petraea. Gouan. obs. t. 18. f. 3. β. caul. virgato, fol. lobis acutis subpinnatis. L. t. 29. Hab. in alpestribus, in aquosis. Caul. succulentus. Planta junior a pastoribus commeditur, etiam a pecoribus appetitur.

Obs. Numen a Cl. Lapeyrouse huic speciei inditum, utpote loc. ejus natale optime exprimens, praefecei duxi, cum plures species sub nomine *S. adscendens* confundi sint.

56. *capitata*, caul. capitato sphaerico, pedunc. lateralibus inferis, fol. pubentibus rosulatis prefunde trilobis: lobo intermedio tridentato. Lapeyr. p. 55. t. 30. Hab. in Pyrenaeis, inter carices et juncos, in aquosis. Caul 2-3-unc. longa, adscendens. Pedunc. radicalis sub fol. oriens. L.

57. *pedemontana*, caul. erecto subnudo, fol. trilobis et tridentatis, caulin. palmatis. Allioni. pedem. 1. t. 21. f. 4. Hab. in montibus pedemontanis. Distincta species. Fol. congesta. Petala ovata.

58. *tricuspidata*, fol. radicalibus congestis cuneiformibus ciliatis tricuspidatis, caul. ascendentibus multifloris. Retz. scand. Ed. 2. Flor. dan. t. 976. Hab. in Groenlandia.

59. *leptophylla*, procumbens, glabra, fol. longe petiolatis trifidis quinquefidisque: laciniis linearib. divaricatis. S. procumbens et hypnoides. Herb. Juss. cfr. Willd. Sp. II. p. 658. n°. 49. Hab. in alpibus. †

60. *Hypnoides* (*gemmifera*), cespitosa, caul. erecto subnudo glabro, fol. confertis trifidis, fol. in surculis, apice in gemmam convolutis villosis. S. *hypnoides*. Lapeyr. p. 57. t. 32. Villars Delph. 3. p. 674. t. 45. Hab. in Pyrenaeis, Delphinati, et in Monte aureo.

Obs. Linnaeus dicit de sua S. *hypnoide*, quod caul. procumbens et viscidus sit!

61. *globulifera*, caul. bulbifero, fol. nervosis, imis spathulatis integerrimis, superiorib. palmatis 3-5-fidis, caulinis linearib. Desf. atl. 1. p. 341. t. 96. f. 1. Hab. in cacumine Atlantis. Facie S. Hypnoides. Caul. basi prostratus. Cor. alba.

62. *decipiens*, fol. pilosis palmatis 5-fidis trifidisque, caul. folioso paniculato, petal. subrotundis. S. *palmata*. Smith. brit. 2. p. 456. Engl. Bot. t. 455. S. *decipiens*. Ehrh. Hab. in Germaniae et Angliae rupibus subalpinis.

63. *nervosa*, fol. lobatis utrinque nervosis, cal. globosis, cor. patentibus, pist. subulatis. Lapeyr. p. 63. t. 39. S. *exarata*. Vill. Delph. 3. p. 674. t. 45. S. *Hypnoides*. All. pedem t. 21. f. 4. exclus. synon. Hab. in alpestrib. inter muscos. Surc. lignosi. Caps. grandis. Nervi in fol. siccis inferiorib. distincti. Var. β. hirsuta.

Obs. An a priore satis diversa?

64. *intricata*. fol. rosulatis cuneato-incisis nervosis, surcul elongatis superioribus intricatis, petal. ovatis, pistil. subulatis. Lapeyr. p. 58. t. 33. Hab. in saxis aliis humidis. An prioris var.? sed herbacea. L.

65. *moschata*, fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque una cum caule glutinosis hirsutis (odoratis), florib. longe pedunculatis. Wulf. in Jacq. misc. 2. p. 128. t. 21. f. 21. Hab. in alpibus. Petal. elliptica, cal. longiora. Lapeyr. p. 61.

66. *groenlandica* (lasiostigma), fol. imbricatis cuneato-palmatis ciliatis, petal. rotundis, stigm. complanatis lanatis Lapeyr. p. 39. t. 19. S. *caespitosa*. Gunn. Norv. t. 7. f. 1. Hab. in alpibus. Pet. majuscula, trinervia, pallida. Styli divaricati.

67. *mixta*, fol. digitatis (trifidis) minutis nervosis subhirsutis, anth. sagittatis, stigm. pileatis reflexis, caul. subviscoso, 2-3-floro. Lap. p. 41. t. 20. S. *caespitosa*. L. All. et Villars.

β. *elongata*, major, scapo elongato ramoso, fol. petiolatis multifidis. Flor. dan.

t. 71. Hab. cum priore. Caul. subriscosus 2-3-florus.

68. *muscoides*, fol. subintegris linearib' carnosulis pubescentibus, scapo filiformi subunifloro, petal. cal. subaequantibus. S. *caespitosa*. Lapeyr. p. 59. t. 34. Hall. it. helv. t. 1. S. muscoides. Jacq. misc. 2. p. 123. S. pyrenaeica. Villars. Hab. in alpibus. Flor. citrini. Caul. inferne robiginosus. Var. β. surcul. erectis elongatis, fol. omoibns integris. Lap. t. 34.

β. *integrifolia*, fol. omnibus integris linearibus, surculis erectis elongatis. Lapeyr. t. 34.

γ. *hemisphaerica*, ramis congestis hemisphaericis, fol. brevibus imbricatis. Lapeyr. t. 36.

69. *cymosa*, piloso-viscosa, caul. erecto, fol. ensiformib. 3-5-fidis: caulin. 3-partitis, flor. cymosis, stylo cal. longiore. Plant. rar. hongar. S. caespitosa. Wulf. in Jacq. coll. 1. p. 290. Hall. hist. nº 989. Hab. in Hongaria, io Austria, in alpibus. Cor. alba lineata.

Obs. S. *pedemontana*. All., quam cl. auctores huc allegant, secundum speeimen a D. Balbis Turino benevole missum, quoad folia omnino differt, quae cuneata s. flabelliformia.

70. *magellanica*, fol. congestis viscoso-pubescentibus, inferiorib. trifidis superiorib. simplicibus, flor. subbinatis subsessilibus. Hab. ad Fretum magellanicum in alpibus. (Herb. Juss.) Pl. caespitosa. Petal. obovata.

Obs. Amplom hoc genus, tamen naturale, si forte excipias S. *crassifoliam* et *sarmentosam*, familiam plantarum, Saxifrageae. Juss., cum quatuor praecedentib. et duobus sequentibus generibus, nec non cum Heuchera, Adoxa, Weinmannia et Hortensia? efficit, quae inter alios characteres, capsula birostra mox dignosci potest.

1112. TIARELLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petola, calyci inserta: petalis integris. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis: valvula altera majore.

1. *cordifolia*, fol. cordatis. L. Lam. ill. t. 353. Hab. in Amer. et Asia septeotrionali. Petal. cal. longiora. ♃

2. *trifoliata*, fol. ternatis. L. Hab. in Asia boreali.

3. *biternata*, fol. biternatis, flor. racemoso-paniculatis. Vent. Malmais. t. 54. Hab. in Amer. septeotrionali.

1113. MITELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta: petalis piunatifidis. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis: valvulis æqualibus.

1. *diphylla*, fol. cordatis subtrilob. dentatis, scapo diphyllo. Willd. Sp. II. p. 659. Lam. ill. t. 373. f. 1. Hab. in America septeotrionali. ♃

2. *cordifolia*, fol. cordatis ciliato-dentatis, scapo nudo. Lam. enc. 4. p. 185. ill. t. 373. f. 3. Michaux Flor. 1. p. 270. Hab. in Canada, circa Quebec.

3. *prostrata*, fol. rotundato-cordatis, caul. prostratis foliosis. Mich. l. c. Hab. in Canad. meridion. Sublobata.

4. *nuda*, fol. reniformibus repandis ciliatis, scapo nudo. Willd. Lam. l. c. ill. t. 373. f. 2. M. petalis fimbriatis. Gmel. sib. 4. p. 175. t. 63. f. 2. Hab. in Asia boreali. ♃

1114. SCLERANTHUS. *Cal.* 1-phylus; cui *Stamina* inserta. *Cor.* nulla. *Sem.* 1-2, calyce inclusa.

1. *annuus*, calycibus fructus patulis. L. Flor. dan. t. 504. Hab. io arvis praesertim calcareis.

2. *perennis*, calycib. fructus clausis obtusis. β. cocciferus. Hab. in campis apricis arenosis. Cal. laciniae albido-marginatae. ♃

3. *polycarpus*, calycib. fructus patentissimis spinosis, caule subvilloso. L. Col. ecphr. 1. p. 295. t. 294. Hab. Monspelii et in Italia. ⊙

Caryophylleae. (Gen. 1115-1122.) Cal. in hac familia valde naturali utplurimum persistit. Petala ejusdem laciniis alterna, ungniculata, integra aut saepios incisa. Fructus simplex est capsularis, polyspermus, receptaculo centrali libero distinctus. Caul. utplurimum herbaceus, nodosus, stipulaceus aut nudus. Fol. opposita, basi connata, integra. — Genera quaedam naturalia, in aliis species aliquae ob stylorum numerum male dispersae occurruot.

1115. GYPSOPHILA. *Cal.* 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, sessilia. *Caps.* globosa, 1-locularis, polysperma.

1. *repens*, fol. linearibus, staminibus cor. emarginata breviorib. L. Jacq. austr. 5. p. 4. t. 407. Lam. ill. t. 375. f. 2. Hab. in Sibiria, Austria, Helvetia, Gall. meridional. Pyrenaeis. ♃

2. *prostrata*, fol. lanceolatis laevibus, caulib. diffusis, pistillis cor. campanulata longioribus. L. Pluk. alm. 22. t. 75. f. 2. Hab. in alpibus.

3. *paniculata*, fol. lineari-lanceolatis, inferioribus scabris, staminibus minutis, stylis cor. longioribus. Ait. Kew. 2. p. 84. Jacq. aust. p. 26. t. app. 1. Hab. in Sibiriae, Tatariae desertis sabulosis.

4. *viscosa*, fol. ovato-lanceolatis laevib. basi cordatis amplexicaulibus, internodiis ramorum medio viscosis, petalis retusis. Ait. Kew. 2. p. 85. Murr. comm. goetting. 1783. p. 9. t. 3. Hab. in Oriente. ⊙

5. *adscendens*, fol. lanceolato-linearib., caulibus prostratis. cor. staminibus et pistillis ejusdem longitudinis. Jacq. hort. 2. t. 138. Hab....

6. *altissima*, fol. lanceolatis subtrinerviis, caul. rectis. L. Gmel. sib. 4. p. 443. t. 60. Boc. mus. 23. t. 5. f. 3. Habit. in Sibiria.

7. *compressa*, caul. erecto hinc compresso, fol. subulato-lanceolatis striatis, pedicell. calycibusque pubescentibus. Desf. Atl. 1. p. 343. t. 97. Hab. in Barbar. arvis arenosis. Vere. Petala subtus venis violaceis variegatas.

8. *arenaria*, fol. linearibus subcarnosis glabris planis, caule corymboso, petal. integris. Willd. Waldst. et Kitaib. pl. rar. Hung. p. 40. t. 41. Hab. in arenosis Hungariae. Cor. rarissime subemarginata. Cal. nullis squamis tectus. Caps. globosa.

9. *Struthium*, fol. linearibus carnosis: axillarib. confertis teretibus. L. Barr. rar. 64. t. 119. Bocc. mus. 2. p. t. 122. Hab. in Hispania. ♃

10. *fastigiata*, fol. lanceolato-linearib. obsolete triquetris laevibus obtusis secundis. L. Gmel. sib. 4. p. 144. t. 61. f. 1. Hab. in Gotlandiae, Borussiae, Helvetiae, Harcyniae rupibus.

11. *perfoliata*, fol. ovato-lanceolatis semiamplexicaulibus. L. Dill. elth. 368. t. 276. f. 357. β. tomentosa. L. Barr. ic. t. 1002. Hab. in Hispania et Oriente. Fol. subcarnosa.

12. *muralis* (*agrestis*), fol. linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. L. Lam. ill. t. 375. f. 1. Hab. ad vias, muros, et inter sципulas.

13. *rigida*, fol. linearibus planis, caule dichotomo, peduncul. bifloris, petal. emarginatis. L. Hab. Monspelii.

14? *Saxifraga*, fol. linearibus, calycibus angulatis: squamis quatuor, coroll. emarginatis. L. Dianthus Saxifragus. L. Lam. enc. Hab. in Austria, Helvetia, Gallia. Calyx cinctus foliolis 4, tubo dimidio brevioribus.

1116. SAPONARIA. *Cal.* tubulosus, 1-phyllus, nudus. *Petala* 5, unguiculata. *Caps.* oblonga, 1-locularis.

1. *officinalis*, calycib. cylindricis, fol. ovato-lanceolatis. L. Willd. p. 667. Lam. ill. t. 376. Flor. dan. t. 543. Hab. ad vias.

2. *Vaccaria*, calycib. pyramidatis quinquangularibus, fol. ovatis acuminatis sessilibus. L. Hab. inter segetes. Petal. parva, rubra. ⊙

3. *cretica*, calycib. quinquangularibus striatis, caule erecto subdichotomo, foliis subulatis. L. Hab. in Cretae aridis. Petala parva, integra.

4. *porrigens*, calycib. cylindricis pubescentibus, ramis divaricatissimis, fructub. pendulis. L. Jacq. hort. 2. p. 49. t. 109. Hab. in Oriente.

5. *illyrica*, calycibus subcylindricis, caule erecto viscido purpurascente: ramis alternis, cor. punctatis. L. Ard. spec. 2. p. 24. t. 9. Hab. in Illyria. Viscoso-pubescens. Fol. lineari-lanceolata. Pet. alba: punctis 3 purpureis.

6. *Ocymoides*, calycib. cylindricis villosis, caulib. dichotomis procumbentibus, fol. ovato-lanceolatis. L. Jacq. austr. 5. p. 39. app. t. 23. Cav. ic. 2. p. 29. t. 134. Hab. in Europ. petrosis, umbrosis, et in Atlante.

7. *orientalis*, calycib. cylindricis villosis, caule dichotomo erecto patulo, fol.

lineari-lanceolatis. Dill. elth. 205. t. 167. f. 204. Hab. in Oriente, Carniola.

8. *lutea*, calycib. teretib. cauleque hirtis, petal. obovatis integerrimis, flor. corymbosis, fol. lineari-lanceolatis canaliculatis. Smith. spicil. bot. t. 5. Allion. pedem. t. 23. f. 1. Hab. in alpibus. Cor. flava. Stam. violacea.

9. *bellidifolia*, calycib. teretib. hirtis, caule glabro, petal. linearibus crenatis, fol. spathulatis. Smith. l. c. Bocc. mus. 2. p. 75. t. 62. f. 1. Hab. in Italiae mont. altissimis. Fol. radicalia Globulariae simillima. Stam. flava. ♃

1116. DIANTHUS. *Cal.* cylindricus, longus coriaceus. 1-phyllus: basi squamis 4-8. *Petala* 5, unguiculata. *Caps.* cylindrica, 1-locularis, apice dehiscens.

* *Florib. aggregatis, quibusdam involucratis.*

1. *barbatus*, flor. (versicoloribus) aggregatis fasciculatis, squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantib., fol. lanceolatis. L. Willd. Sp. II. p. 671. β. *angustifolius*, fol. linearibus, flor. majoribus unicolorib. rubris. Hab. in Carniola, Germania. ♃

2. *carthusianorum*, flor. subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus, involucro oblongo aristato capitulo breviore, fol. linearibus trinerviis. Willd. Hab. in apricis sylvaticis. Sequentes 3 subspecies tantummodo sunt.

* *collinus*, flor. bifasciculatis, squam. calyc. ovato-subulatis tubo brevioribus, fol. lanceolato-linearibus 5-nerviis scabris. Pl. hongar. p. 36. t. 38. Cresc. in Hongar. collibus et fruticetis.

* *atrorubens*, flor. aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus, involucro ovato aristato longitudine capituli, fol. connatis lineari-lanceolatis enerviis. Willd. Jacq. ic. rar. 3. t. 467. Segu. veron. 1. p. 435. t. 7. f. 2. Habit. in Italiae et Tauriae aridis apricis. Cor. parva. ♃

* *alpestris*, flor. aggregatis subbinis, squam. calycin. 4, duabus interioribus latis, mucronatis, corol. emarginatis. Balbis in Mém. de Turin t. 1. Hab. in pascuis alpinis.

3. *ferrugineus*, flor. aggregatis, petalis bifidis laciniis tridentatis. L. Barr. rar. 648. t. 497. Hab. in Aprutio Italiae. Fl. fasciculati cal. communi scarioso. ♂

4. *Armeria*, flor. aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. L. Flor. dan. t. 230. Hab. in sterilibus.

5. *japonicus*, flor. aggregatis fasciculatis, squamis calycinis acutis ciliatis tubo brevioribus, fol. ovatis. Thunb. jap. 183. t. 23. Hab. in Japonia.

6. *spinosus*, fruticosus procumbens, fol. rigidis subulatis spinescentib., flor. capitatis bracteatis. Desf. in annal. de Mus. 1. p. 198. t. 16. f. 1. Hab. in Persia. Petal. linearia.

7. *prolifer*, florib. aggregatis capitatis, squam. calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. L. Flor. dan. t. 221. Hab. in collib. et pascuis sterilibus. ⊙

** *Flor. dispersi in caul. ramoso.*

46. *heteromalla*, caul. ramosissimo, flor. paniculato-fastigiatis, fol. setaceis fasciculatis secundis, cal. ovato acutis margine lato albo. A. *saxatilis* auctorum. Vaill. paris. t. 2. f. 3. A. *setacea*. Thuil. Hab. in rupibus et in arenosis. Caul. basi lignosus, pubescens, fusco-ruber. Fol. basi ciliata. Flor. gypsoph. prostratae, cal. subcampanulatus.

47. *fasciculata*, fol. subulatis et fasciculatis setaceis, caul. erecto stricto subsimplice, flor. fasciculatis, cal. acuminatis, petalis brevissimis. Jacq. austr. 2. t. 182. Hab. Monspelii et in Austria. Non confundenda cum Bufonia tenuifolia. ⊙

β. *rostrata*, caul. ramosissimo, subpaniculato, fol. setaceis internodiis subbrevioribus alternis subfasciculatis, cal. fol. conniventibus-subulatis. A. *saxatilis*. Vill. Delph. 3. p. 631. Hab. in Gallia meridionali.

Obs. Media quasi inter heteromallam et A. fasciculatam. Caul. basi decumb. subfrutescens, ram. erectis tenuibus. Cal. albidus, dorso viridis, subcylindricus, longus rostriformis. Fol. non unum latus spectant.

48. *filifolia*, caulib. suffruticosis dichotomis, fol. setaceis, pedunc. terminalibus simplicibus unifloris. Vahl. symb. 1. p. 33. t. 12. Hab. in Arabia.

Spergularia. Habitu *Spergulae*. Flor. *Arenariae*. Caul. ad genicula *stipulaceus* (humifusus).

49. *rubra*, caul. prostratis glabris, fol. filiformibus internodio brevioribus, seminibus compresso-angulatis. A. rubra campestris. L. Roth. germ. 2. p. 481. Smith. brit. 2. p. 479. Hab. in agris, arenosis, subhumidis. Cal. caps. aequans.

50. *media*, caul. prostratis, fol. semicylindricis carnosis internodia aequantibus, seminib. compressis margine alatis. A. *media*. L. Willd. p. 722. Flor. dan. t. 740. A. *marina*. Roth. l. c.? Hab. in pascuis et arenosis maritimis. Priore multo major. Cal. caps. brevior.

51. *canadensis*, fol. linearib. carnosis, internod. multo longioribus, staminib. 5, caps. globosa. A. *rubra*. β. Michaux. Flor. 1. p. 274. Hab. iu Canada ad flum. St.-Laurentii. Pedunc. reflexi. Caps. cal. longior.

52. *purpurea*, caul. erecto? piloso ramis divaricatis, fol. subsetaceis internodi

dimidio brevioribus. Habit. in Hispania. Thiebaut. Pl. pulchella; gracilis. Cor. amoene rubra.

Obs. Hae species aut Spergulis, ab iis enim stylorum numero tantum differre videntur, associandae, aut sub peculiari genere, cui Alsine segetalis L. addi posset, ab Arenariis separandae, cum quibus seriem haud naturalem efficiunt.

1121. CHERLERIA. *Cal.* 4-phyllus. *Nectaria* 5, bifida, petaloidea. *Anther.* alternæ, steriles. *Caps.* 1 locularis, 3-valvis, trisperma. L. (polysperma. Sm.)

1. *sedoides.* L. Jacq. austr. t. 284. Lam. ill. t. 379. Smith. brit. 2. p. 481. Hab in alpibus. Fol. triquetra, subulata. Flor. lutescentes. Petal. o?

1122. DEUTZIA. *Cal.* campanulatus, 5-fidus. *Petala* 5, obtusa, indivisa. *Filam.* trifida. *Caps.* triaristata, 3-locularis, 3-valvis, basi dehiscens, polysperma.

1. *scabra.* Thunb. jap. p. 185. t. 24. Lam. ill. t. 380. Hab. in Japonia. Fol. opposita ovata scaberrima. Racemi terminales. W.

1123. HORTENSIA. Flor. difformes: flor. solitarii *Cal.* 5-dentatus, minutus. *Cor.* 5-petala. Flor. cymam constituentium *Cal.* 4-5-phyllus, maximus, coloratus, petaloideus, persistens. *Cor.* minuta, subglobosa: petal. 4-5, concavis deciduis. *Fruct.* (Stam. 8, 10, 11.)

1. *speciosa*, fol. late ovatis serratis acuminatis, flor. cymosis. Hydrangea hortensis. Smith. ic. pict. 1. p. 12. t. 12. Willd. Sp. II. p. 633. Roth, N. bot. beytr. p. 202. H. opuloides. Lam. enc. 3. p. 136. Ej. ill. t. 380. Hab. sponte in India, nunc ornamenti causa ubique colitur.

Obs. Flor. primo albido-virentes, tandem amoene rosei; ob sterilitatem, fructum enim nondum perfecerunt, longe durant, demum marcescunt. Var. flor. purpureo-violaceis. An potius Hydrangeae species? sed flor. trigyni. Nonnulli hoc genus, forte minus recte, ad familiam Rhamnorum retulerunt, forsan ob florum similitudinem cum Viburno opulo.

1124. GARIDELLA. *Cal.* 5-phyllus, petaloideus. *Nect.* 5, bilabiata, bifida. *Caps.* 3, connexæ, polyspermæ.

1. *Nigellastrum.* L. Lam. ill. t. 379. G. fol. tenuissime divisis. Garid. prov. 203. t. 39. Hab. in Galloprovincia. ⊙

Malpighiaceæ (Gen. 1124-1129.) praesertim dignoscuntur petal. 5-unguiculatis s. pedicellatis, cal. laciniis persistentibus alternis, et cum staminibus 10 disco hypogyno insertis. Styli 1-3. Pericarp. est vel capsula vel bacca, plerisque vero samara s. nux alata. Fol. sunt integra substipulacea. Fruticulosae sunt vel arbusculaeformes. J.

1125. MALPIGHIA. *Cal.* 5-phyllus, basi extus poris binis melliferis. *Petala* 5, subrotunda, unguiculata. *Filam.* basi cohærentia, (aut libera.) *Drupa* 1-locularis tripyrena, nucibus monospermis.

1. *glabra*, fol. ovatis integerrimis glabris, pedunc. umbellatis. L. Mill. ic. t. 181. f. 2. Cav. diss. 8. p. 406. t. 234. f. 1. Willd. Sp. II. p. 731. Hab. in Amer. australi. Umbellae 4-florae.

2. *biflora*, fol. ovato-lanceolatis acutiss. pedunc. bifloris. Lam. enc. 4. p. 326. M. punicifolia. Cavan. l. c. p. 406. t. 234. f. 2. Hab. in sylvis Amer. calidioris. ♄

3. *punicifolia*, fol. ovatis integerrimis glabris, pedunc. unifloris. L. Lam. enc. l. c. Plum. gen. t. 166. f. 2. Hab in Amer. meridionali. ♄

4. *faginea*, fol. oblongo-ovatis integerrimis, subtus sericeo-nitentibus, pedunc. tripartito-umbellatis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 850. Hab. in ins. Grenada Americes. ♄

5. *glandulosa*, fol. ovato-ellipticis acuminatis integerrimis glabris, basi biglandulosis, racem. axillaribus. Willd. p. 733. Flor. racemosis monogynis. Cav. l. c. p. 411. t. 239. f. 2.

β? *glandulifera*, fol. ovatis subintegerrimis, utrinque pilis decumbentib. obsessis, racemis axillaribus, pedicell. superne glandula truncata instructis. Jacq. ic. rar. 3. t. 469. Hab. in Antillis; β. in sylvis ad Caracas. ♄

6. *tuberculata*, fol. ovato-lanceolatis in-

tusis superne pubescentibus, inferne glabris Willd. Sp. II. p. 743. Hab. Carthagenae in sylvis. ♄

2. *odorata*, fol. simplicibus ovatis acutis superne glabris, inferne tomentosis. Willd. Hab. in Guinea. Fol. venosa superne atro-viridis, inferne tomento flavescenti villoso adpresso tecta.

3. *pinnata*, fol. impari-pinnatis, foliol. ovato-oblongis altern. utrinq. glabris. Willd. Flabellaria paniculata. Cav. diss. 9. p. 436. t. 264. Hab. in Sierra Leone. ♄

Obs. An cum sequente genere potius conjungi debet?

1128. TRIOPTERIS. *Cal.* 5-partitus, basi extus poris 2-melliferis. *Petala* subrotunda, unguiculata. *Filam.* basi cohærentia. *Stigm.* 3-6. *Samaræ* 3, 1-spermæ 3-alatæ.

1. *jamaicensis*, fol. oblongis acuminatis venosis nitidis, racemis compositis terminalibus laxis, fructib. trialatis. Sw. obs. 183. Hab. ad sepes Jamaicae, Hispaniolae.

2. *indica*, fol. subrotundo-ovatis subcordatis acuminatis nitidis glabris, racemis compositis terminalibus, fructib. trialatis. Willd. p. 744. Hab. in India orientali. Ped. et calyces pubescentes. Samar. alae aequales venosae. W.

3. *ovata*, fol. ovatis obtusiusculis subcordatis glabris, petiolis biglandulosis, racemis compositis terminalibus, fructib. trialatis. Willd. Cav. l. c. p. 431. t. 259. Hab. in insula St.-Dominici. ♄

4. *rigida*, fol. subrotundis acutis marginatis lineatis coriaceis, racem. compositis axillaribus, fructib. trialatis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 859. Hab. in fruticetis montosis Hispaniolae. ♄

1129. TETRAPTERIS. *Cal.* 5-partitus, utrinque biglandulosus. *Petala* fimbriata, unguiculata. *Fructus* quadrialatus, alis 2-inferioribus minoribus.

1. *acutifolia*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis, floribus paniculatis terminalibus. Cav. diss. 9. p. 433. t. 261. Triopteris. Willd. Sp. II. p. 744. Hab. in Cajenna. ♄

2. *mucronata*. fol. ovatis mucronatis glabris, flor. umbellatis. Cav. l. c. p. 434. t. 262. f. 2. Hab. in Cajenna. ♄

3. *buxifolia*, fol. ovatis subsessilib. parvis, flor. umbellatis terminalibus. Cav. l. c. t. 262. f. 1. Hab. in Antillis. ♄

4. *citrifolia*, fol. ovato-oblongis acutis glabris, umbellis axillaribus pedunculatis, fructibus quadrialatis, alis binis inferiorib. brevioribus. Willd. p. 745. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 857. sub Triopteride. T. inaequalis, fol. ovato-acutis subcordatis glabris, flor. umbellatis, alis inferioribus brevioribus. Cav. t. 260. Hab. in sylvis montium Jamaicae. ♄

1130. ERYTHROXYLON. *Cal.* turbinatus. *Cor.* petalis basi squamula nectarifera emarginata. *Stam.* basi connexa. *Drupa* 1-locularis.

1. *areolatum*, fol. obovatis mucronatis, pedunculis lateralibus aggregatis flore duplo longioribus. Willd. Sp. II. p. 716. Jacq. amer. 134. t. 87. f. 1. Ed. pict. t. 129. Brown. jam. 278. t. 8 f. 2. Hab. in maritimis circa Carthagenam Amer. ♄

2. *hypericifolium*, fol. obovatis emarginatis, pedunc. lateralibus subsolitariis, flore triplo longioribus. Willd. Lam. enc. 2. p. 394. Cavan. diss. 8. p. 403. t. 230. Hab. in insula Mauritii et Borbon. ♄

3. *buxifolium*, fol. obovatis integerrimis, nervo medio supra elevato, pedunc. axillaribus brevib. solitariis basi utriculatis. Lam. l. c. 2. p. 394. Cav. l. c. p. 403. t. 231. f. 1. Hab. in Madagascar. ♄

4. *ferrugineum*, fol. ovatis saepius emarginatis subtus ferrugineis, squamulis imbricatis, flor. solitariis. Cav. p. 404. t. 131. f. 2. Hab. cum priore.

5. *rufum*, fol. ovatis coriaceis inferne rufis, squamulis imbricatis, axillis multifloris. Cav. l. c. t. 232. Hab. in Amer. meridionali. ♄

6. *havanense*, fol. ovatis, squamulis imbricatis, flor. subsolitariis, drupa gibbosa. Cavan. t. 233. Hab. Havanae in rupestribus maritimis. ♄

7. *Coca*, fol. oblongis obtusiusculis venosis, subtus trilineatis, pedunc. lateralib. sparsis flore breviorib. Willd. Lam. enc. 2. p. 383. Cav. 8. p. 402. t. 229. Hab. in Peru. Fol. venosa.

8. *Syderoxyloides*, fol. ovato-oblongis obtusiusculis, ramis scabris apice compressis, pedunculis subternis axillaribus. Lamarck.

ene. 2. p. 393. Cav. diss. 8. t. 228. Pluk. amalth. 187. t. 442. f. 3. Hab. in ins. Borbon. ♄

9. *squamatum*, fol. elliptico-lanceolatis acuminatis obtusis, ramulis squamosis floriferis. Vahl. symb. 3. p. 60. t. 63. Swartz. Flor. 2. p. 861. Hab. in Cajenna inque Caribacis. ♄

10. *macrophyllum*, fol. ellipticis acuminatis, axillis multifloris, squamis lanceolato-subulatis semiamplexicaulibus striatis. Vahl. eclog. 2. p. 33. Cavan. p. 401. t. 227. Hab. in Cajenna. ♄

11. *laurifolium*, fol. lato-lanceolatis, squamis acutis concavis, flor. glomeratis terminalibus. Cavan. p. 400. t. 226. Hab. in insula Mauritii. ♄

12. *longifolium*, fol. oblongis crassis nitidis, squamulis acutis deciduis, floribus axillaribus. Cavan. p. 399. t. 225. Lam. l. c. p. 394. Hab. in Madagascar. ♄

13. *monogynum*, fol. ovato-lanceolatis, flor. axillaribus monogynis. Roxb. Corom. t. 88. Hab. in India. Stigm. 3.

TETRAGYNIA.

1131. MICROPETALON. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* (minutissima), integra, aut nulla. *Caps.* ovata, cal. longior, 4-valvis. (Habitu *Stellariæ*. Sperguiastrum, Mich.)

1. *lanuginosum*, pubescens, fol. lanceolatis in petiolum angustatis, flor. apetalis. *Spergulastrum*. Michaux. Flor. 1. p. 275. Hab. in meridionalibus Amer. septentrional. Pedunc. subsolitarii, longi, demum reflexi.

2. *lanceolatum*, glabrum, fol. lanceolatis utrinque angustatis. Michaux. l. c. Hab. in Amer. boreali. Petala brevissima, ovalia. Flor. paniculati.

3. *gramineum*, glaberrimum, fol. linearib. erectis. Michaux. p. 276. Hab. in Pensylvania. Stell. gramineam exacte refert. Flor. corollati.

Obs. Hae plantae genus naturale cum Stellariis efficere videntur.

PENTAGYNIA.

TEREBINTHACEÆ *Decandræ 5-gynæ* (gen. 1132-37.)

1132. AVERRHOA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5; superne patentia. *Stam.* annulo nectarifero inserta, alterna breviora. *Bacca* 5-gona, 5-locularis.

1. *Bilimbi*, fol. pinnatis: foliol. ovato-lanceolatis, fructib. oblongis obtusangulis. Willd. Sp. II. p. 749. Lam. ill. t. 385. Cav. diss. 7. p. 373. t. 219. Rumph. 1. t. 36. Hab. in India. ♄

2. *Carambola*, fol. pinnatis, foliol. ovatis inaequalibus acuminatis, fructibus oblongis acutangulis. Willd. Cavan. diss. 7. p. 374. t. 220. Rumph. 1. t. 35. Hab. in India.

1133. TAPIRIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Caps.* pentacocca, unilocularis, 5-valvis, 5-sperma. *Sem.* arillata.

1. *guianensis*. Aubl. guj. 1. p. 470. t. 188. Lam. ill. t. 386. Joncquetia *paniculata*. Willd. p. 750. Hab. in Gujanae sylvis. Arb. 50-pedalis. Fol. impari-pinnata. Flor. parvi paniculati.

1134. SPONDIAS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nucleo 5-loculari.

1. *Mombin*, fol. petiolo communi compresso. L. Willd. Sp. II. p. 750. S. *Myrobalanus*. Jacq. amer. 139. t. 88. Ed. pict. t. 88. Sloan. hist. 2. p. p. 126. t. 219. f. 3. 4. 5. Hab. in India occidentali. ♄

2. *Myrobalanus*, petiolis teretibus; foliolis nitidis acuminatis. L. S. *Mombin*, racemis terminalibus longitudine folia aequantibus. Jacq. amer. 138. Sloan. hist. 2. p. 125. t. 219. Mer. surin. 13. t. r3. Hab. in Amer. meridionali.

3. *Mangifera*, foliolis oblongis integerrimis panicula racemosa. Willd. Mangifera pinnata. Lin. suppl. 156. Hab. in India.

4. *dulcis*, petiolis teretib. sexjugis, foliol serrat. costatis. Forst. prod. n°. 198. Cytherea. Lam. enc. 4. p. 260. ill. t. 384. Sonn. it. 2. t. 123. Hab. in Societ. insulis et in ins. Mauritii. ♄

1135. POUPARTIA. *Cal.* minimus; 5-fidus. *Stamina* disco crenato inserta. *Styli* approximati. *Pericarp.* nuce 5-loculari.

1. *borbonica*. Fol. impari-pinnata; simplicibus nonnullis intermixtis. Flor. racemosi. Arb. *Bois de Poupart* dicta. Juss. gen. pl. Genus quoad nonnullos characteres ulterius observandum.

1136. ROBERGIA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Drupa* unce monosperma, putamine bivalvi.

1. *frutescens.* Willd. Sp. II. p. 752. Rourea frut. Aubl. guj. 1. p. 467. t. 187. Hab. in sylvis Gujanae. Fol. impari-pinnata. Panic. corymbosa. ♄

Obs. Discrepat caps. simplici; caeteris forsan abortivis, a sequente genere. Juss.

1137. CNESTIS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 5, bivalves, monospermæ, leguminiformes, utrinque villosæ, latere dehiscentes.

1. *glabra*, fol. pinnatis, foliolis ovatis petiolatis utrinque glabris, racemulis fasciculatis brevib. et tenuib. Lam. enc. 3. p. 23. et ej. illust. t. 387. f. 1. Willd. p. 752. Hab. in insula Mauritii et Borbonia. ♄

2. *polyphilla*, fol. pinnatis, foliolis ovato-oblongis subvillosis brevissime petiolatis, racemulis tomentosis, capsulis obtusissimis. Lam. l. c. Ej. ill. gen. t. 387. f. 2. Hab. in Madagascar. ♄

3. *corniculata*, fol. pinnatis, foliolis oblongo-acuminatis, nervo medio villoso; capsulis oblongis acutis corniculatis tomentosis prurientibus. Lam. l. c. Hab. in Sierra Leone. ♄

4. *trifolia*, fol. ternatis, foliolis ovatis acuminatis superne laevibus, panic. terminali. Lam. enc. p. 24. Hab. in Africa. ♄

1138. COTYLEDON. (Umbilicaria) *Cor.* 5-fidus. *Cor.* 1-petala. *Squamæ* nectariferæ 5, ad basin germinis. *Caps.* 5.

* *Foliis dilatatis, planis.*

1. *orbiculata*, fol. ovato-spathulatis obtusis cum acumine laevibus, flor. paniculatis. Ait. Kew. 2. p. 106. Willd. p. 751. Decand. Pl. grass. ic. Hab. ad Cap. b. spei cum trib. sequentibus. Cor. subcampanulata pulchra, coccinea. Var. fol. orbiculatis. ♄

2. *paniculata*, fol. oblongo-ovatis sessilibus, flor. divaricato-paniculatis, caule fruticoso ramoso. Thunb. prod. 83.

3. *fascicularis*, fol. cuneiformibus fasciculatis terminalibus, caul. incrassato, ramis carnosis subconicis. Ait. Kew. 2. p. 106. Burm. afr. 41. t. 18.

4. *cuneata*, fol. cuneatis carnosis hirtis, flor. paniculatis hirsutis. Thunb. prod. 83.

5. *serrata*, fol. ovalibus crenatis, caule spicato. L. Dill. elth. t. 95. f. 112. Hab. in Creta, Sibiria.

6. *Umbilicus*, fol. peltatis crenatis, caule subsimplici, flor. pendulis, bracteis integris. L. Lam. ill. t. 389. f. 1. Engl. bot. t. 325.

β. *peltatum*, caul. erecto maculato simplici, flor. racemosis pendulis, cor. cylindrica punctata. Wendl. obs. 40. Hab. in Lusitania, Hispania, Anglia. Rad. tuberosa. ♃

7. *lutea*, fol. dentato-crenatis: infimis peltatis, caule subsimplici, flor. erectis, bract. subdentatis. Huds. Smith. brit. 2. p. 484. C. *lusitanica*. Lam. enc. 2. p. 140. Dodart. mem. 265. t. 73. Hab. in Europa australi, Oriente. ♃

8. *alternans*, fol. orbiculato-spathulatis integerrimis, flor. paniculatis glabris quadrifidis. Vahl. symb. 2. p. 51. C. *orbiculata*. Forsk. Hab. in Arabia. Cor. ovata, laciniis lanceolatis flavo-rubentibus. V.

9. *hemisphaerica*, fol. suborbiculatis furfure punctatis subtus convexis, flor. subsessilibus. Ait. Kew. 2. p. 107. Pl. grass. ic. Dill. elth. 112. t. 95. f. 111. Hab. in Aethiopia. ♄

10. *triflora*, fol. obovato-carnosis integris, flor. spicatis ternis sessilib. Thunb. prod. 85. Hab. ad Cap. b. spei.

11. *coccinea*, fol. obovatis acutis carnosis, spica foliosa terminali. Willd. Cav. ic. 2. p. 54. t. 170. Hab. . . . ♄

12. *Malacophyllum*, fol. lanceolat. acutis carnosis, spica cylindrica terminali aphylla. Willd. p. 756. Pall. it. 3. app. tab. O. f. 1. Hab. in Davuriae alpibus. Similis Crass. spinosae. W. ⊙

13. *mamillaris*, fol. alternis tereti-ovatis, flor. alternis subsessilibus. Lin. suppl. 242. Hab. ad Cap. b. spei. Cum praecedente ad sequentem divisionem potius pertinet?

** *Fol. teretibus.*

14. *spuria*, fol. spathulato-lanceolatis carnosis, caul. fruticoso. L. Willd. p. 754. C. *teretifolia*, fol. subteretibus carnosis obtusis basi angustioribus, caul. crasso frutescente. Lam. enc. 2. p. 139? Burm. afr. t. 19. f. 2. Moris. I. 12. t. 7. f. 40. Hab. in Africa, loc. petrosis. Flor. pulchri, penduli, rubri.

15. *tuberculosa*, caul. frutescente, fol. subcylindricis lineari-oblongis acutis, flor. subpaniculatis, pedunc. calycibusque pubescentibus. Decand. Pl. grass. Lam. enc. 2. p. 139. Burm. afr. t. 20. f. 1. Ad Cap. b. sp. Flor. speciosi, subaurantiaci, tubulosi. Caul. crass. tuberculatus.

16. *ungulata*, fol. semi-cylindricis canaliculatis: apice margine calloso-purpureo. Lam. enc. 2. p. 139. Burm. afr. t. 22. f. 1. Hab. in Africa.

17. *purpurea*, fol. lineari-oblongis carnosis glabris, florib. paniculatis. Thunb. prod. 83. Hab. ad Cap. b. spei, cum 4 sequentibus.

18. *teretifolia*, fol. carnosis subteretib. hirsutis, flor. paniculatis, caule hirsuto. Thunb. prod. 83.

19. *cacalioides*, fol. teretibus, floribpaniculatis, caule fruticoso. Thunb. Lin. suppl. 242. Flores lutei referunt Cacaliam.

20. *reticulata*, fol. teretibus, floribus reticulato-paniculatis, caule fruticoso. Th. Lin. suppl. 242. Refert Staticem reticulatam.

21. *papillaris*, fol. oppositis tereti-ovatis, flor. corymbosis. Lin. suppl. 242.

22. *hispanica*, fol. oblongis subteretibus, flor. tubulosis fasciculatis. Loefl. it. t. 1. Plant. grass. ic. C. pistorinia. Orteg. monogr. f. 2. Hab. in Africa, Oriente, et Hispania. Cor. infundibulif. longi, rubelli. ♂ ⊙

23. *viscosa*, fol. teretibus, racem. terminalibus villoso-viscosis, caule ramoso, cor. campanulata. Vahl. symb. 2. p. 51. C. Mucizonia. Orteg. Jacq. Coll. suppl. 112. t. 13. f. 2. C. hispida. Lam. enc. 2. p. 141. Plant. grass. ic. Hab. in montosis Hispaniae et in Barb. Caul. rubescens.

1139. SEDUM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Squamæ* nectariferæ 5, ad basin germinis. *Caps.* 5.

* *Planifolia.*

1. *verticillatum*, fol. quaternis, lanceolatis serratis. L. Amoen. acad. 2. p. 252. t. 4. f. 14. Willd. Sp. II. p. 760. Hab. in Europa australi et in Sibiria. Caul. pedalis erectus. Racemi axillares et flor. parvi.

2. *Telephium*, fol. planiusculis ovatis sparsis serratis, corymb. folioso, caul. erecto. L. Lam. ill. t. 390. f. 1. Decand. Pl. grass. ic. Flor. dan. t. 686. Hab. in agris petrosis sylvaticis.

* *maximum*, fol. ovatis dentatis conjugatis, umbell. alaribus, flor. albicantibus. Hall. helv. n°. 955. Hab. in alpinis.

3. *Telephioides* (americana), fol. planis ovatis, utrinque subacutis dentatis, flor. corymboso-fasciculatis. Mich. Flor. 1. p. 277. Hab. in Amer. septentr. rupib. altissimis. Flor. purpurascentes.

4. *Anacampseros*, fol. cuneiformib. integerrimis subsessilibus, caulib. decumbentibus, florib. corymbosis. L. Plant. grass. ic. Hab. in Gallo-provinciae rupibus, et in Suecia. Flor. purpurei.

Obs. Fol. hyeme decidua. Lin., persistentia secundum alios.

5. *divaricatum*, fol. cuneiformi-rhombeis emarginatis petiolatis, caulib. ramosis, paniculis terminalib. divaricatis. Ait. Kew. 2. p. 108. S. Aizoides. Plant. grass. ic.? Hab. in Madera. ♄

6. *Aizoon*, fol. lanceolatis serratis planis, caule erecto, cyma sessili terminali. L. Pl. grass. ic. Hab. in Sibiria.

7. *hybridum*, fol. cuneiformibus concavis subdentatis aggregatis, ramis repentibus, cyma terminali. L. Gmel. sib. 4. t. 67. f. 1. Murray in comm. nov. Goett. 6. p. 35. t. 5. Hab. in Tataria.

8. *populifolium*, fol. planis cordatis dentatis petiolatis, corymbis terminalibus. Ait. Kew. 2. p. 109. Plant. grass. ic. Curt. mag. t. 118. Hab. in Sibiriae alpibus.

9. *stellatum*, fol. planiusculis angulatis subrotundis, flor. lateralibus sessilibus solitariis. L. Camer. hort. p. 7. ic. 2. Hab. in Italia, Gallia, Helvetia. ⊙

10. *alsinefolium*, fol. planis ovatis, caule paniculato, petalis obtusis. Hab. in umbrosis lapidosis Pedemontii. Fol. tenuia venosa.

11. *Cepaea*, fol. planis sublinearib., caul. ramoso, floribus paniculatis, petal. acutis. Willd. p. 763. Hab. in umbrosis.

* *galioides*, caule adscendente, fol. oppositis: inferioribus 3-4-nis. Allion. ped. n°. 1742. t. 65. f. 3. Hab. in agris Pedemont. Flor. rubicundi.

12. *libanoticum*, fol. radicalibus fasciculatis spathulato-lanceolatis, caule subnudo simplicissimo. L. Hab. in Palaestina. Facies semperv. montani. Racem. terminalis, longitudine caulis. L.

13. *heptapetalum*, fol. ovato-oblongis planiusculis, pedunc. subhirsutis, florib. paniculatis. Poir. enc. bot. 4. p. 630. S. *caeruleum*. L.? Hab. ad Barbariae rupes, ad littora maris. Flor. caerulei. Habitu Sedi, sed stamina 12–15 Sempervivi.

14. *ternatum*, pumilum, repens, fol. planis rotundato-spathulatis ternis, cyma subtristachya. Michaux. Flor. 1. p. 277. Hab. in rupibus Amer. boreal. Flor. albi 8-dri: terminalis solitarius 10-ander. M.

** *Teretifolia.*

15. *dasyphyllum*, fol. oppositis ovatis obtusis carnosis, caule infimo, flor. sparsis. L. Jacq. hort. t. 153. Pl. grass. ic. Engl bot. t. 656. S. fol. semiglobosis subovat. sessilibus quadrifariam imbricatis. Wachend ultr. 391. Hab. in Europ. australior. rupib. Flor. albidi.

Obs. Stamina 10-12; styli 5-6. In planta culta rami elongati, flor. sparsis: β *gracile*. Decand.

16. *pulchellum*, caul. assurgentibus, fol. sparsis linearib. obtusis planiusculis, cym. polystachya, flor. sessilibus. Mich. l. c. Hab. in rupibus circa Knoxville. Spic. longae recurvatae: flor. unilaterales.

17. *reflexum*, fol. subulatis sparsis basi solutis: inferioribus recurvatis, flor. subcymosis primo recurvis. Hab. in sylvis. Cal. acutus.

18. *virens*, fol. subulatis sparsis basi solutis, flor cymosis, petal. calyce lanceolato sesquilongioribus. Ait. Kew. 2. p. 110. Hab. in Lusitania. ♄

19. *rupestre*, fol. subulatis quinquefariam confertis basi solutis, flor. cymosis. L. Engl. bot. t. 170. Pl. grass. ic. Dill. elth. t. 256. f. 333. Hab. ad rupes. Fol. glauca. Cal. obtusiusculus, rubicundus basi 1-phyllus. Sm.

20. *altissimum*, flor. suboctopetalis, fol. sparsis: inferioribus teretibus; superiorib. depressis. Enc. bot. 4. p. 634. Plant. grass. ic. Sempervív. sediforme. Jacq. Hort. 1. t. 81. et Misc. austr. 1. p. 133. t. 5. Hab. in Europ. australi.

21. *saxatile*, fol. sparsis semiteretibus obtusis basi solutis, caule ramoso decumbente. Willd. p. 765. Allion. ped. n°. 1746. t. 65. f. 6. S. rupestre. Flor. dan. 59. Plant. grass. ic. S. alpestre. Villars. Hab. in alpinis et montosis ad rupes.

22. *rubens*, fol. ovatis alternis sessilibus remotis, caule prostrato basi ramoso, flor. terminalibus subumbellatis, pedunc. simplicissimis. Haenke it. sudet. p. 114. Hoffm. Flor. germ p. 208. Hab. in audetis. Var. prioris secundum Willdenow Caps. purpurasc.

23. *quadrifidum*, fol. sparsis teretibus obtusis, caule simplici, florib. umbellatis tetrapetalis. Willd. Pall. it. 3. app. n°. 90. t. P. f. 1. Hab. in rupibus Asiae borealis. ♄

24. *hispanicum*, fol. linearibus tereti-depressis sparsis, cyma patula, flor. hexapetalis. Ait. Kew. 2. p. 111. Dill. elth. t. 256. f. 332. Hab. in Hispan., Gall. et Carinthia.

25. *lineare*, fol. tereti-linearib. oppositis, cyma trifida. Thunb. jap. 187. Hab. in Japonia.

26. *caeruleum*, fol. oblongis alternis obtusis basi solutis, cyma bifida glabra. Vahl. symb. 2. p. 51. Shaw. it. f. 550. S. azureum. Desf. atl. Hab. in fissuris rupium ad Manub Tuneti.

27. *album*, fol. oblongis obtusis teretiusculis sessilib. patentibus, cyma ramosa. L. Flor. dan. t. 66. Blackw. t. 428. Lam. ill. t. 390. f. 2. Hab. in muris antiquis.

28. *acre*, fol. alternis subovatis adnatosessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. L. Pl. grass. ic. Curt. lond. ic. t. 32. Hab. in campis sterilissimis, ad muros antiquos. Flor. majusculi, aurei.

* *aestivum*, fol. ovato-teretiusculis obtusis, caul. bifido, flor. luteis sessilib. Allion. Fl. Pedem. Lob. ic. 378. Hab. in saxosis. Flos inter dichotom. sessilis. Pl. acida annua. ⊙

29. *sexangulare*, fol. subternis teretiusculis, adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis, cyma trifida. L. Curt. lond. ic. Hab. in campis siccis, ad muros. Fol. subtus rubentia, insipida.

30. *annuum*, caule erecto solitario annuo, fol. ovatis sessilibus gibbis alternis, cyma recurva. L. Excl. syn. Raj. Hab. in Europa boreali. Simile S. antecedenti, sed Fol. rubicunda. Flor. lutei. L. ⊙ †

* *Guetardi*, fol. teretibus obtusis, basi solutis acutis, calycib. teretibus, petal. lanceolatis, caul. corymboso dichotomo. Vill. Delph. 3. p. 679. t. 45. Hab. prope Estampes. Flor. albi. Forte eadem est ac S. *anglicum* aut *rubens*.

31. *anglicum*,

31. *anglicum*, fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis subalternis, cyma ramosa bifida. Huds. Engl. bot. t. 171. Flor. dan. t. 82. Raj. synop. t. 12. f. 2. S. rubens. Lightf. Hab. in rupibus et maritimis Angliae et Norvegiae. Caul. basi procumbens. Petala acuminata alba: carina rubra. Sm.

32. *aristatum*, fol. teretibus utrinque acutis basi solutis radicalibus fasciculatis, petal. aristatis lanceolatis. Vill. l. c. p. 680. t. 45. Cresc. in Delph. prope Sigoyes. Flor. corymbosi, albidi. Totum glabrum? ♃

33. *hirsutum*, fol. ovalibus obtusis planiusculis, margine pubescentibus, caul. ramoso erecto, petal. aristatis ovatis. stam. longioribus. Allion. pedem. n°. 1754. t. 65. f. 5. Poir. enc. 4. p. 634. Hab. in Ital. alpibus et in monte aureo. Fol. radicalia rosacea fasciculata. Caul. rubens. Pet. alba: linea purpurea, pubentia. Cal. hirsutus. A.

34. *nicaeense*, fol. subulatis sparsis basi solutis, cyma bifida, flor. longe pedunculatis. All. l. c. 1752. t. 90. f. 1. Cresc. super saxa in comitatu Nicaeensi. Flor. magni, albidi, unilaterales. A. ⊙

35. *atlanticum*, ramis filiformibus paniculatis villosis, fol. semiteretibus. S. *hispidum*. Desf. atl. 1. p. 361. Hab. in Atlante. Cor. aurea. Stam. 10-12. D.

36. *pubescens*, fol. oblongis obtusis supra planiusculis, cyma bifida, petal. lanceolatis. Vahl. symb. 2. p. 52. Hab. in fissuris rupium Tuneti.

37. *villosum*, fol. oblongis supra planiusculis pedunculisque axillaribus subunifloris pubescentibus, petal. ovatis obtusiusculis. Vahl symb. 2. p. 52. Fl. dan. t. 24. Engl. bot. t. 394. Pl. grass. ic. Hab. in pratis paludosis. Flor. purpurei. Stam. 7-8.

β. *palustre*, fol. brevi-linearibus, flor. cymosis. Sedum palustre subhirsutum purpureum. Bauh. pin p. 283. Cresc. in palustrib. montosis. Sed. villoso major. Flor. purpureo caerulei, majusculi. Fol. latiora.

38. *monregalense*, fol verticillatis linearibus, caul procumbente paniculato, pedunc. villoso-viscosis. Balbis Miscell. bot. p. 23. t. 6. Hab. in alpestribus ad rupes Pedemontii. Caul. plures ex radice. Flor. primo nutantes, albi.

39. *atratum*, caule erecto, flor. corymbosis fastigiatis. Jacq. aust. 1. t. 8. Plant. grass. ic. Scheuchz. it. 1. p. 48. t. 6. f. 34. Hab. in Helvetiae, Galliae et Italiae alpibus. Cal. atro-purpurascentes. Petal. alba aut flava, ovata. Germina atro-purpurascentia.

40. *pusillum*, erectum, fol. alternis teretiusculis oblongis, flor. 8-andris alternis subpedicellatis. Michaux. Flor. 1. p. 276. Hab in Carol. septentr Flor. albi.

41. *nudum*, fol. sparsis oblongo-cylindraceis obtusis, caul. fruticosis ramosissimis, ramis tortuosis. cymis terminalibus. Ait. Kew. 2. p. 112. Hab. in Madera. ♄

Obs. In promontorio Cap. b. sp. plantarum succulentarum ceterum feraci nullae Sedi species, quantum scio, huc usque sunt detectae.

1140. PENTHORUM. *Cal.* 5-fidus. *Petala* nulla, aut quinque. *Caps.* 5-cuspidata, 5-locularis.

1. *sedoides*. L. Lam. ill. t. 390. Hab. in Amer. boreal. aquaticis. Pedunc. terminal. spicis revolutis.

1141. BERGIA. *Cal.* 1-phyllus, caducus, 5-dentatus. *Petala* 5. *Caps.* 1, globosa, 5-torulosa, 5-locularis, 5-valvis: valvulis petaloideis. *Sem.* plurima. (*Bacca* ovalis: cortice crasso, 1-locularis, polysperma. Roxb.)

1. *verticillata*, fol. lanceolatis apice denticulatis, flor. verticillatis. Willd. p. 770. B. *aquatica*. Roxb. Corom. 2. p. 22. t. 142. B. capensis. Lin. Rheed. 9. t. 78. Hab. in India orientali, nec ad Cap. b. sp.

2. *glomerata*, fol. obovatis crenulatis, flor. glomeratis. Lin. suppl. 243. Thunb. prod. 82. Hab. ad Cap. b. spei.

1142. SURIANA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* inserti lateri interiori germinum. *Sem.* 5, nuda.

1. *maritima*. L. Jacq. amer. 140. Ed. pict. p. 70. Lam. ill. t. 389. Hab. in Amer. calidioris maritimis. ♄

1143. GRIELUM. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Filam.* persistentia. *Pericarpia* 5, monosperma.

1. *tenuifolium*. L. Lam. ill. t. 388. Geranium. Burm. afr. 88. t. 34. f. 1. Hab. in Aethiopia. Fol. incana multifida. Cor. lutea.

1144. OXALIS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Stam.* inaequalia, 5-breviora, exteriora basi connata. *Caps.* angulis elastice dehiscens, 5-gona. *Sem.* subarillata.

* *Fol. simplicibus.*

1. *monophylla*, acaulis, scapo unifloro, fol. ellipticis obtusis, filamentis glabris. Willd. Sp. II. p. 772. Jacq. Oxal. Vien. 1794. n°. 35. p. 56. t. 79. f. 3. Thunb. Diss. de Oxal. n°. 1. p. 8. t. 1. f. 1. Fol. Bellidis. Flos O. Acetosellae.

Obs. Hab., paucis speciebus exceptis, quarum locos natalis indicatur, omnes fere ad *Cap. b. spei.* Fol. fere omnia, uti in Filicibus primo convoluta, et plus minusve irritabilia.

2. *lepida*, acaulis, scapo unifloro, fol. obovatis subretusis, filamentis glandulosopilosis simplicibus. Willd. Jacq. l. c. p. 55. t. 21. Cor. albida.

3. *rostrata*, acaulis, scapo unifloro, fol. obovatis retusis, filament. interiorib. apice rostratis piloso-glandulosis, antheris lateralibus. Cor. violaceo-albida. W.

** *Foliis binatis.*

4. *asinina*, acaulis, scapo unifloro, fol. binatis lanceolatis margine cartilagineis denticolatis, petiol. alatis. W. p. 773. Jacq. p. 59. t. 24. Cor. magna flava.

5. *lanceaefolia*, acaulis, scapo unifloro, fol. binatis ternatisque margine cartilagineis scabris, petiolis alatis. Jacq. p. 26. t. 26. Cor. flava.

6. *leporina*, acaulis, scapo unifloro, fol. binatis ellipticis emarginatis, margine cartilagineis denticulatis, petiolis alatis. W. Jacq. p. 60. t. 25. Cor. alba, margine rubicunda.

7. *crispa*, acaulis, scapo unifloro, fol. binatis subrotundo-obovatis emarginatis, margine undulatis, petiol. subrotundo-alatis. Jacq. p. 58. t. 23. Cor. maxima, alba.

*** *Foliis ternatis.*

† *Acaulis, scapo unifloro.*

8. *fabaefolia*, acaulis, scapo unifloro, fol. ternatis obovatis emarginatis mucronatis, petiolis alatis. W. p. 774. Jacq. p. 63. t. 27. Cor. ampla flava.

9. *laburnifolia*, foliolo medio sublanceolato, lateralibus oblique oblongis, stylis longissimis, filamentis denticulatis. Jacq. p. 63. t. 28. Pubescens. Petioli compressi. Cor. flava.

10. *sanguinea*, acaulis, scapo unifloro, fol. ternatis oblongis obtusis, foliol. intermedio basi attenuato, petiolo semiteretii compresso, calycibus simpliciter pilosis, stylis staminibus interioribus brevioribus. W. p. 775. Jacq. p. 64. t. 29. Filam. interiora hispida.

11. *ambigua*, stylis longissimis, foliol. immaculatis planis, calycinis foliol. aequalibus. Jacq. Oxal. n°. 59. p. 80. t. 43. Cor. alba fundo flavescente.

12. *undulata*, acaulis, scapo unifloro, fol. ternatis : foliol. oblongis obtusis undulatis; intermedio cuneiformi, calycinis foliol. pilosis punctatis, unico spathulato majore, stylis staminibus longioribus. W. Jacq. p. 81. t. 44. Fol. pilosiuscula. Cor. alba fundo flavo.

13. *fuscata*, acaulis, scapo unifloro, fol. ternatis maculatis oblongis obtusis : foliolo intermedio cuneiformi-subrotundo, calycib. aequalibus interrupte bistriatis, stylis staminib. longiorib. W. p. 776. Jacq. p. 82. t. 45. Fol. subretusa maculata.

14. *glandulosa*, acaulis, scapo unifloro, fol. ternatis oblongis obtusis : foliolo intermedio cuneiformi, calycibusque glandulosis, stylis staminib. interiorib. breviorib. W. Jacq. p. 83. t. 46. Glandulae pedicellatae. Cor. alba fundo flavo.

15. *tricolor*, acaulis, scapo unifloro, fol. ternatis oblongis obtusis, foliolo intermedio cuneiformi, calycibusque simpliciter pilosis, stylis staminibus interioribus brevioribus. W. Var. cor. interne flava. p. 84. t. 47. et alba. Jacq. p. 85. t. 48.

16. *rubro-flava*, acaulis, scapo unifloro foliis paullo longiore erecto, fol. ternatis lanceolato-oblongis retusis, foliolo intermedio cuneiformi, stylis staminibus exterioribus brevioribus. W. Jacq. p. 87. t. 50. Cor. flava, externe rubro-marginata.

17. *flaccida*, acaulis, scapo unifloro folio duplo longiore nutante, fol. ternatis oblongis retusis, foliolo intermedio cuneiformi, stylis staminibus exterioribus brevioribus. W. p. 777. Jacq. p. 88. t. 51. Cor. alba fundo flava, externe rubro-marginata.

18. *exaltata*, acaulis, scapo unifloro fol. duplo longiore stricto, fol. ternatis ellipticis emarginatis subtus villosis : foliolo intermedio cuneiformi, styl. staminib. exte-

rioribus brevioribus. W. Jacq. p. 86. t. 49. Parvitate cor. et foliolorum etiam ab antecedentibus distincta. W.

19. *sulphurea*, acaulis, scapo unifloro foliorum longitudine, fol. ternatis subrotundis, calycinis foliolis margine elevato-pilosis apice reflexis, stylis staminib. exterioribus brevioribus. W. Jacq. p. 100. t. 63. Fol. subtus sanguinea, aureo-punctata. Cor. pallide-sulphurea.

20. *variabilis*, acaulis, scapo unifloro fol. longiore flaccido, fol. ternatis subrotundis: foliolo intermedio cuneiformi, styl. staminibus exterioribus brevioribus. Jacq. p. 89. t. 52. Rubra, flore rubro. Jacq. p. 90. t. 53. In α. cal. foliola margine glandulosa, apice pilosa et cor. carnaeo-alba. In β. cal. simpliciter pilosi et cor. rosei coloris. W. p. 778.

21. *grandiflora*, acaulis, scapo unifloro fol. breviore erecto, fol. ternatis subrotundis: foliol. intermedio cuneiformi, petal. truncatis, styl. staminibus exterioribus brevioribus. W. p. 778. Jacq. p. 91. t. 54. Thunb. prodr. app. p. 189. Cor. candida, fundo flavescente.

22. *purpurea*, acaulis, scapo unifloro foliis longiore, fol. ternatis subrotundis, petiol. teretibus, stylis staminib. interiorib. brevioribus. W. Jacq. p. 93. t. 56.

* *laxula*, stylis intermediis, filamentis denticulatis, petiolis teretibus, foliol. excisis saepe subtus purpurascentib. Jacq. 94. t. 57. Thunb. prodr. app. p. 190.

23. *humilis*, scap. unifloris, fol. ternatis: foliol. subrotundatis ciliatis. Thunb. prodr. app. p. 190. ✝

24. *breviscapa*, acaulis, scapo unifloro petiolis duplo breviore, fol. ternatis subrotundis, petiolis compresso-planis, stylis staminibus interiorib. brevioribus. W. 779. Jacq. p. 95. t. 58. Fol. subtus sanguinea punctata.

25. *speciosa*, acaulis, scapo unifloro folior. longitudine, fol. ternatis subrotundis ciliatis, stylis staminib. interioribus longioribus. W. p. 779. Jacq. p. 97. t. 60. Thunb. prodr. app. p. 189. Ehret. pict. t. 10. f. 2.

β. *suggillata*, stylis longissimis, foliol. adultis subtus totis et supra ad oras lividis. Jacq. p. 98. t. 61. Burm. afr. p. 67. t. 27. f. 3.

γ. *rigidula*, stylis longissimis, foliolis immaculatis. Jacq. p. 96. t. 59. Cor. majuscula, campanulata, purpurascens. Stigm. plumosa.

26. *Acetosella*, scapo unifloro, fol. ternatis obcordatis, radice dentata. L. Flor. dan. t. 980. Hab. in sylvis umbrosis, vere. β. *caerulea*, minor subvillosa.

27. *magellanica*, scapis unifloris, foliol. subrotund. emarginatis carnosis. Forst. comment. goett. 9. p. 33. Hab. in Terra del Fuego, locis irriguis. ♃

28. *marginata*, acaulis, scapo unifloro petiolis dimidio breviore, fol. ternatis obcordatis, calycin. foliol. clavato-ciliatis apice reflexis, stylis staminibus interioribus brevioribus. W. p. 781. Jacq. p. 106. t. 68. Foliola inferne sanguinea, virldi marginata. Cor. alba fundo flavescente. W.

29. *pulchella*, acaulis, scapo unifloro petiolis triplo breviore, fol. ternatis obcordatis, calycinis foliolis elevato-ciliatis apice reflexis, stylis staminib. interiorib. longioribus. W. Jacq. p. 109. t. 69. Foliol. subtus sanguinea, aureo-punctata.

30. *obtusa*, acaulis, scapo unifloro foliis longiore, fol. ternatis obcordatis dense pilosis, calycinis foliol. apice rotundato-obtusis, stylis staminib. interioribus brevioribus. W. p. 382. Jacq. p. 106. t. 79. f. 1. Cor. rubra. Filam. glabra. W.

31. *lanata*, acaulis, scapo unifloro foliis longiora, fol. ternatis obcordatis villosis, calycin. foliol. acutis, stylis staminib. exterioribus brevioribus. W. Jacq. p. 104. t. 77. f. 2. Cor. alba. Filam. hirta.

32. *truncatula*, acaulis, scapo unifloro foliis duplo longiore, fol. ternatis foliolis triangularib. margine villosis, stylis staminibus interioribus longioribus. W. Jacq. p. 99. t. 62. Foliola cuneiformia truncata. Cor. lilacina.

33. *strumosa*, acaulis, scapo foliis breviore, fol. ternatis obcordatis, stylis staminibus exterioribus brevioribus sub apice strumosis. W. Jacq. p. 102. t. 64. Foliol. fusco-maculata. Cor. alba.

34. *punctata*, acaulis, scapo foliis longiore, fol. ternatis obcordatis punctatis, stylis staminibus exteriorib. brevioribus. W. p. 783. Jacq. p. 105. t. 66. Thunb. Diss. t. 1. f. 3. Hab. in collib. arenosis.

35. *luteola*, acaulis, scapo unifloro foliorum longitudine, fol. ternatis obcordatis pilosis, stylis staminib. exterioribus brevioribus. W. Jacq. p. 103. t. 65.

36. *macrogonya*, acaulis, scapo unifloro foliis breviore, fol. ternatis obcordatis ciliatis, styl. staminib. interiorib. longiorib. W.

20. *Arenaria*, fol. spathulatis, caule erecto bifido viscoso, ramis alternis, petal. emarginatis. L. Hab. in Hispania. Cerastium refert. Cal. substrigosus. Rami alterni, divaricati, longitudine fere caulis. Cor. campanulata. L.

21. *scapigera*, acaulis, fol. lineari-lanceolatis trinerviis, pedunculis radicalibus unifloris. Willd. p. 716. Hab. . . . . . Flos magnitudine st. gramineae. W. ♃

1120. ARENARIA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5, integra. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

* *Fol. ovatis.*

1. *peploides*, fol. ovatis acutis carnosis. L. Honkenya peploides. Ehrb. Beytr. 2. p. 181 Hab. ad littora maris. Glandulae in receptaculo. An diversum genus? ♃

2. *tetraquetra*, fol. ovatis carinatis recurvis quadrifariam imbricatis, flor. subcapitatis. L. Allion. pedem. t. 89. f. 1. β. Gypsophyla aggregata. L. Sp. pl. 2. p. 581. Hab. in Pyrenaeis, Monspelii et Turini.

3. *biflora*, fol. obovatis obtusis, caulib. procumbentibus, pedunc. bifloris lateralib. L. Allion. ped. t. 44. f. 1. et t. 64. f. 3. Jacq. ic. rar. 1. t. 88. Hab. in Eur. australis alpinis. ♃

4. *lateriflora*, fol. ovatis obtusis, pedonculo laterali bifloro. L. Hab. in Sibiria. Caul. filiformis, simplicissimus.

5. *trinervia*, fol. ovatis acutis petiolatis nervosis. L. Flor. dan. t. 429. Hab. in sylvis, etiam super salices.

6. *ciliata*, fol. oblongo-obovatis subpetiolatis ciliatis, cor. calyce majoribus, cal. foliol. lanceolatis subnervosis. Wulf. Jacq. Coll. 1. p. 245. t. 16. f. 2. Flor. dan. t. 346. Hab. in alpibus. Fol. tuberculis aspera.

7. *balearica*, cespitosa repens, fol. ovatis lucidis subcarnosis, caule repente, pedunculis elongatis unifloris. L. L'Herit. stirp. 1. p. 29. t. 15. A. muscosa. Medic. Hab. in insul. Balearibus. Plantula elegans, cespitem latum efficiens.

8. *multicaulis*, fol. pulposo-subcoriaceis ovato-lanceolatis sessilibus ciliatis, cor. calyce majoribus, cal. foliol. ovato-lanceolatis subenerviis. Jacq. Collect. 1. p. 248. t. 17. f. 1. Hall. t. 17. Hab. in alpibus.

9. *serpillifolia*, fol. subovatis acutis sessilibus laevibus, corol. calyce brevioribus. L. Hab. in sylvis glareosis, agris.

10. *ruscifolia*, fol. (minimis) coriaceis ovatis acuminatis, flor. subpaniculatis dichotomis, cal. subcampanulati, acutis, petal. cal. longioribus. Poir. enc. p. 365. Hab.... Quoad fol. A. serpillifoliae similis.

11. *spathulata*, caul. erecto filiformi pubescente, fol. inferioribus spathulatis, petal. obovatis cal. longioribus. Desf. atl. 1. p. 358. A. *cerastioides*. Poir. enc. 6. p. 363. Hab. in Barbariae arenosis et sylvaticis. Caul. et pedunc. viscosi. Flor. axillares subpaniculati.

** *Fol. linearibus.*

12. *procumbens*, fol. lineari-lanceolatis, caulib. prostratis villosis, petal. calyce subbrevioribus. Vahl. symb. 2. p. 50. t. 33. A. geniculata, fol. linearibus, flor. paniculatis pubescentibus, petal. calyce breviorib. Poiret. A. herniariaefolia. Desf. atl. p. 359. Hab. in ruderatis Tuneti inque Aegypto.

13. *polygonoides*, fol. linearibus, caulib. procumbentibus, pedunc. bifloris terminalibus erectis, calyc. subviscidis enerviis. Wulf. in Jacq. Collect. 1. p. 241. t. 15. Segu. veron. 3. p. 177. t. 4. f. 1. Hab. in alpibus Helvetiae, Carinthiae. ⊙

14. *cerastoides*, caul. bifloro, fol. breviusculis subovatis glabris acuminatis, cal. ovato-lanceolatis, petal. ellipticis breviorib. Hab. in Pyrenaeis. Mirb. Caespitosa, parvula. Cal. lacin. subalbo-marginatis glabris.

15. *Villarsii*, fol. lineari-lanceolatis pubescentibus subrigidis, caul. erecto trifloro. Balbis Miscell. bot. p. 21. A. *triflora*. Vill. Delph. 3. p. 623. t. 47. Hab. in Delphinatu et in alpib. vallis Pisii et Tendae. Molineri. An potius Stellariae species? cujus habitu est. Petal. emarginata?

16. *montana*, fol. lineari-lanceolatis, caulib. sterilibus longissimis procumbentib. L. Vent. Hort. Cels. t. 34. β? A. *linearifolia*. Poir. enc. 6. p. 366. Hab. in Europ. australiori montibus. Stellar. aut Cerast. refert. ♃

17. *calycina*, glaberrima, fol. gramineis brevibus, pedunc. longissimis subunifloris, petal. lanceolatis hyalinis, cal. multo brevioribus. Poir. enc. 6. p. 370. Hab. in Barbariae subhumidis. Facie Stellar. gramineae.

18. *bavarica*, fol. semicylindricis carnosis obtusis, petal. lanceolatis, pedunc. terminalibus subbinatis. L. Saxifraga bavarica. Raj. hist. 1033. Hab. in Bavaria, Baldo, Sibiria. Caul. stipulaceus? ♃

19. *gypsophiloides*, fol. linearibus : radicalibus subcetaceis, panic. subpubescente fastigiata, pet. lanceolatis, cal. ovatis longioribus. Willd. p. 723. Hab. in Oriente. Statura A. saxatilis. Caul. semipedalis adscendens. Panic. brachiata, subfastigiata, pedicellis ultimis subvillosis. S.

20. *cucubaloides*, fol. linearibus margine scabris, panic. dichotoma pubescente, petal. obovatis. Smith. ic. ined. 1. p. 17. t. 17. Tournef. cor. 17. Hab. in Armenia. Cal. viscosus. Pedic. glabri? ♃

21. *dianthoides*, fol. linearibus margine scabris, bracteis ventricosis pedunculos superantibus. Smith. l. c. p. 16. t. 16. Hab. in Armenia. ♃

*** *Fol. lineari-subulatis.*

22. *triflora*, fol. lineari-subulatis basi ciliatis : floralibus calycibusque ovato-acuminatis subjungentibus, caul. diffuso, ramis erectis subtrifloris. Cav. ic. 3. p. 25. t. 249. f. 2. Willd. p. 721. In Eur. australiori. Petal. cal. striato duplo fere longiora.

23. *saxatilis*, fol. subulatis, caulibus paniculatis, calyc. foliolis ovatis obtusis. L. A. fol. subulatis, calycinis laciniis membrana ipsis latiore acutis obtusis. Guett. stamp. 2. p. 281. Hab. in Europa. ♃ †

24. *verna*, fol. subulatis obtusiusculis nervosis, caulib. subpaniculatis elongatis, calycib. acuminatis striatis. L. Jacq. aust. 5. p. 2. t. 404. Hab. in Eur. australior. alpinis. Petal. cal. longiora?

β. *caespitosa*, caul. basi ramosissimo radicato, fol. lineari-subulatis striatis, pedunc. pubescentib. 1-2-floris subfastigiatis, cal. foliol. ovatis striatis petal. aequantibus. A. caespitosa. Ehrh. Hab. in Hercynia, Pyrenaeis. Cal. latere purpurasc. Ab A. *verna* non distincta dicitur; tamen in speciminib. sub hoc nomine in Herbariis occurentibus, pedunc. vidi elongatos, 2-3-floros, et cor. cal. multo longiorem.

Obs. A. *flaccida* et *uliginosa* Schleicheri hujus aut A. *vernae* varietates videntur. Cal. et folia minus striata sunt.

25. *obtusa*, fol. linearib. obtusis, cal. ovato-lanceoloto viscido petal. subaequante. Allion. l. c. p. 114. Hall. helv. 863. Hab. in pascuis saxosis alpinis. Pet. ovata. †

26. *recurva*, fol. radicalib. congestis recurvis subulatis, caul. simplice subtrifloro, cal. ovatis striatis. Allion. pedem. n°. 1713. t. 89. f. 3. Wulf. in Jacq. Coll. 1. p. 244. t. 6. f. 1. Hab. in alpibus.

27. *glabra*, suberecta multicaulis, fol. subulato-linearibus planis patulis, pedic. elongatis divaricatis, cal. foliol. ovalibus laevibus cor. brevioribus. Michaux. Flor. 1. p. 274. Hab. in rupib. Car. septentrional. Affin. Stell. 1-florae. Walt. dicitur.

28. *stricta*, multicaulis glabra stricta, fol. subulato-linearib. erectis, cal. foliol. ovali-lanceolatis striatis cor. breviorib. Michaux. In rupib. Amer. bor.

29. *scabra*, minuta, fol. lanceolato-acutis patentibus scabris, pedunc. paniculatis dichotomis, cal. asperis corol. brevioribus, caul. simplice brevissimi. Poir. l. c. Hab. in alpium rupibus aridis.

30. *echinata*, pumila, fol. filiformibus subulatis, flor. subpaniculatis, calycib. pedunculisque hispido-glandulosis, cor. calicem aequante. Poir. enc. 6. p. 377. Hab. in alpibus. Fol. tantum subpubescentia.

31. *hispida*, fol. subulatis subtus hispidis. L. Hab. Monspelii. Habitus Spergulae. Fol. subtus pilis hispida. Panic. primum dichotoma. L. †

32. *verticillata*, fol. subulatis spinosis floribusque verticillatis. Willd. p. 725. Tournef. cor. 18. Hab. in Armenia. Rami lignosi, nodosi. Pedunc. quadriflori subcapitati axillares. Cal. foliola pungentia. Petala lanceolata. W.

33. *austriaca*, fol. linearibus, ramis erectis. pedunc. terminalib. longissimis binis, petal. obtusis emarginatis. Willd. p. 728. Jacq. Flor. aust. 3. t. 270. Allion. t. 64. f. 2. Hab. in Austriae et Italiae alpibus.

